
Hans W. Taeuber

duplicate of print O
without letter N

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΟΝΣΤΑΝΤΕΙΑΣ ΚΥΠΡΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΦΥΣΙΟΛΟΓΟΝ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΒΑΙΑ ΛΟΓΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI EPIPHANII Episcopi Constantiæ Cypri ad Physiologum.

Eiusdem in die festo palmarum sermo.

D. Consali Ponce de Leon Hispalensis. S. D. N. Sixti V. cubicularii secreti, interpretis & scholiastæ, bimestre otium.

Ennius, Iphigenia.

Otio qui nescit vti, plus negotij habet,
Quàm cum est negotium in negotio.

ROMAE,

Apud Zannettum, & Ruffinellum. CIↃ. IↃ. XXCVII.

EX AVCTORITATE SVPERIORVM.

CVM PRIVILEGIO.

PETRI ANGELII BARGÆI.

AD LECTOREM.

Libellum lege Lector hunc, & vnà
Vno ex fonticulo hoc beatus hauri
Rerum notitiam abditarum, & alta
Doctrinæ documenta Christianæ.
Et miratus opusculo in pusillo
Cœlestem sapientiam explicari,
Gonsalo huic age gratias perennes,
Qui modo è latebris tenebricosis
In lucem tibi protulit fruendum
Tam doctum, aureolum, & pium libellum:

ΠΡΟΣ ΑΝΑΓΝΩΣΤΗΝ ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΝ ἐπίγραμμα.

Οὐ τόδ' ἀϊδὲς ψυχῆς, φύσεως μέγα δῶρον ἀρούρης,
Πουκελέων σκύμνῳ· ϖανῆσεν, ἔδωκε νόον.
Ἐνθα λέων, ἀετὸς, μύρμηξ, ἐδὼ μός τε μῦς τε ὠσῶν,
Θηρία ϖαύτα βίου, ϖαύτα κρατεῖ τε λόγου.
Σωφροσύνῃ μιμέε τε, κράτος τε, νίκῃ τε, φρόνιν τε,
Τῶν ζώων ἀρετὰς, ϖῦ γὸ ἄγαλμα πέλει.
Τοῖσι καθοπλισθεὶς, κακιῶν κακοδαίμονος ἐχθρὸς
Τλῶ σπέδασιν θείης ϖαῖ ϖοτε ϖαντα χόθεν.

Φεδερίκος Σαγέρεος, Ρωμαῖος Φιλόσοφός τε, καὶ Φιλίατρος.

SANCTISSIMO D. N. SIXTO V. PONT. OPT. MAX.

CVM me in tuorum numerum aſciueris, Pater Beatiſsime, tanque munere obligaueris, id mihi nunc in mentem venit, vt ſaltem ruſticos quoſdam villicos imitarer, qui floſculo quopiam, aut alio ſimili ſymbolo dominis miſso, animi ſui deuotionem, ingentem quidem illam, ac promptiſsimam, ſed ab iniqua & pauperi fortuna oppreſsam teſtificari ſolent. Ergo amœnos literarum hortos ingreſſus (vernant ſi quidem ſub ipſo etiam Saturni ſydere iſthæc prata, inter multos varia ad blandientes gratia, hic ſeſe nobis ſancti Epiphanij Epiſcopi Conſtantiæ Cypri obtulit faſciculus, quem non vngue, ſed calamo, & quidem leuiter decerptum Sanctitati tuæ offerre non indecorum iudicaui. Tu Pater Sanctiſſime, quãdo, & litterarum ſtudia ſemper amaſti, & virtutis ac doctrinæ genus omne amplexus es, & hiſce de-

mum artibus ad hoc ſummæ dignitatis faſtigium es euectus, benigna ac paterna fronte humillimum ſeruitutis noſtræ teſtimoniũ accipe. Et vero quem a mundanis tumultibus prorſus ſemotum, ac rerum cœleſtium meditationi omnino deditum arbuſcula quædam olim delectabant, nunc litterarius iſte ramus faſtidire non debet. Addo, Pater Beatiſſime, non omnino fore Sanctitati tuæ argumenti genus iniucundum, cum pias quaſdam allegorias contineat, quæ erudiendo pro concionibus populo apprimè ſolent eſſe vtiles. Tu vero quantum munere in iſto excellueris, & orbis hic, cui diuino numine iam præes, & tui ipſius typis olim mandatæ præclaræ lucubrationes plane teſtificantur. Diutiſſime vale, Pater Sancte, ad Eccleſiæ Catholicæ vtilitatem, profectum, gloriam. E tua Roma Kalend. Ianuarias. M. D. LXXXVII.

S. T.

Humilis ſeruus & cliens.

D. Conſalus Ponce de Leon.

AD LECTOREM PRÆFATIO.

SI quis est (Christiane lector) inter sanctos patres quorum vel temporum iniuria, vel librariorum oscitantia vel nouissimis hisce diebus praua hæreticorum artemutila, corrupta, deprauataq. ad nos scripta deuenere, si quis dico sacrorum auctorum quisquam seduli ac docti hominis diligentiam exposcit, ac veluti efflagitat, deprecaturque, is quidem vnus, iudicio meo sanctus est Constantiæ vrbis Episcopus Epiphanius, cuius nũc tibi opusculũ hoc, luci demũ redditum exhibemus. Fuit diuinus iste vir, si argumenti in quo versatur excellentiã, si rerum quas tractat dignitatem, si dogmatum ac sententiarum quibus abundat, pondus perpendas, dignissimus profecto qui Christianæ reipublicæ nunquam interiret, cuiusque præclara excelsi ingenij monimenta pura semper atque illibata posteritati conseruarẽtur. At nescio qua, iniqua certe studiosorum sorte effectum est, vt cum in expurgandis illustrandisque aliorum patrum libris felicem hactenus operam doctissimi viri posuerint, eorumque singulari beneficio pristino nitori restitutos, atque à barbarorum hominum iniurijs vindicatos illos habeamus,

mus, nulla tamen adhuc Epiphanio docti cuiusquam viri manus accessit, iacetque etiamnum scriptorum iste nobilissimus inter tineas ac blattas consumendus. Nam quæso Græca ipsa exemplaria quot partibus extant diminuta? quot locis vitiata? quantis quamque fœdis erroribus conspersa? Latina vero translatio vt de παναρίῳ dicam (quod in tanta interpretum copia mirũ certe est) ab vno tantum homine tentata, eoque (parcant defuncti manes) nec admodum Græce perito nec vsque adeo synceræ ac probatæ fidei vt inoffenso pede per illius scripta liceat percurrere, Et certe non tantum incuria & cessatione hac male agitur cum nostro Epiphanio verum & Irenæo & Tertulliano clarissimis duobus scriptoribus, vetustate tamen æque corruẽtibus, non minima irrogatur iniuria. Nam cum ab hisce fontibus pleraq. ille hauserit, nonnulla etiam, verbum verbo reddens, expresserit eo vno correcto atque emendato ad veros Tertulliani Irenæique sensus eruendos cõpendio deduceremur. Itaq. cũ primũ ab Illustrissimo atque humanissimo Guillelmo Sirleto Cardinali libellum hunc nactus sum, non mediocrẽ me ab studiosis omnibus gratiam initurum iudicaui, si quamprimum in Latinũ sermonẽ conuersus, ac breuibus annotationibus (quas ipsa opusculi exilitas exigebat) auctus in lucem prodiret, & quod (si exiguæ ingenij mei vires nõ obstitissent) in omnes eiusdẽ auctoris libros tentarẽ, eam diligẽtiam in hac minima operum illius particula exornanda collocarem. Verum enimuero bene ac feliciter mihi cessisse

ſiſſe exiſtimauero, ſi ij quibus & eruditio & otium ſuppetunt, à nobis admoniti tantam ſibi gloriam e manibus elabi, aut ab alijs præripi non patiantur. Verum certatim vnuſquiſq. vicinis (quod aiunt) luminibus quãtocyus obſtruere in hac ſibi & demandanda & abſoluenda prouincia totis viribus contenderint. Nunc (quod ipſo noui cuiuſq. operis initio in controuerſiam vocari ſolet) quibus argumentis adducar Epiphanij vt eſſe opus hoc exiſtimem, aperiam paucis. Primùm, liquido conſtat ijs qui vel mediocriter in Epiphanio verſati ſunt opuſculi huius phraſim cum reliquis operibus quę eius nomine circumferuntur, haud diſcrepare, quod cum ex omnibus capitibus eiuſdem libelli conuinci facile poſſit, in duobus præcipue, vno videlicet de phœnice, atq. altero de ſerpente id manifeſtius deprehenditur: nec enim in narratione ſolum ac re ipſa, in ἀγκυρήτῳ καὶ κ᾽ αἱρέσεων *libro. 1. tom. 3. vbi eadem refert, conſtans ſibi eſt, verum & ipſis propemodum verbis vtrobique vtitur. Et certe cum de vna phœnicis hiſtoria facilius ſit inter horologia (quod aiunt) quam inter Phyſiologos conuenire, Epiphanius tamen eadem omnino de hac aue dictis locis conſtanter narrat, quæ præterea apud alium nullum ſcriptorem reperias. Deinde cur libelli huius fides ſuſpecta cuiquam eſſe debeat nõ video, cum ſtabili doctiſſimorũ hominũ conſenſione huius auctoris nomine fuerit ſemper & agnitus & allegatus. certe qui hactenus librorum indices conſcripſerunt, Epiphanij ad Phyſiologum meminere & ipſe Bibliothecæ vl-*

timus

timus scriptor in præfatione libelli de lapidibus quem ex Græco latinum fecit, ita scribit. Et ego alium etiam eiusdem Epiphanij non editum hactenus Physiologi titulo librũ manuscriptũ habeo, in quo ex professo ductas ab animaliũ numero 39. naturis, similitudines explicat, quẽ alio tẽpore, si diuina fauerint, edã. hactenus ille. In ipsis autẽ celebrioribus Orbis bibliothecis eadẽ fide haberi nullus dubitat, Vaticanã intelligo, S. Marci apud Venetos, Genuensem, Panormitanam in Archimandricatu, Sancti Laurentij in Scoriaco, et omniũ vetustissimã Pathmicam, vt omittamus, Iacobi Marmoreti in ciuitate Constantinopolitana (quemadmodum refert libellus ille qui antiquitates Cõstantinopolitanæ inscribitur num. 7.) aliasque complures, quarum fama lectori forsan obscurior sit. Accedit cõuenientia & similitudo argumenti cum illo nunc à me citato περὶ τῶν λίθων, quem esse Epiphanij nemo dubitat, vbi de duodecim lapidibus quibus veteris legis sacerdos ornabatur, agit, eorumque allegorias docet. Tandem quod probis ac doctis omnibus, omnem prorsus dubitandi occasionem tollet, acerrimum est Guillelmi Sirleti Cardinalis amplissimi iudicium: scit mundus duce illo nihil de litteris sinistre censeri potuisse. Quæ enim (bone Deus) viri doctrina? qualis cognitio? quanta vis ingenij? dicant (dicent procul dubio) qui ex professo tanti viri dotes seculis venturis non inuidebunt, nos qui tanto muneri impares sumus hoc agamus. Non moueor si quis impuritatem linguæ, humillimumque dicendi genus mihi obijciat,

eiat, si rerum quas narrat, incertitudinem notet, si nihil præter plebeias quasdam atque aniculares fabulas contineri contendat. Nam cum non inficiar, stilum esse omnino simplicem ac plane barbarum, abundare præterea quibusdam ὀνοματοπίαις, nec semper recte aut cũ delectu petitis, non tamen continuo mihi persuadeas Epiphanij opus non esse; nam vero si quis reliqua huius aut floris opera (vt memini) cum hoc conferat non multò dissimilem stilum deprehendet. fuit natione Hebræus prouectiori præterea ætate græcis litteris doctus, quid mirum si Atticas illas Veneres quibus magnus Nazianzenus, quibus τὸ χρυσοῦν illud στόμα, atque alij abundant, in eo desideres? Diuus certe Hieronymus, Epiphanius (ait) Cypri Salaminæ Episcopus scripsit aduersus hereses libros & multa alia, quæ ab eruditis propter res, à simplicioribus propter verba lectitantur. Suidas autẽ Hieronymi verba transcripsit; quod quidem ego sic interpretor, vt res ob doctrinã & eruditionẽ doctis probarentur, verborũ ac phraseos humilitas & inelegantia indoctis placeret. Quapropter istud ipsum euidens quidem mihi argumentum est, Epiphanij vt opus hoc esse credam, tantum abest, vt propterea adulterinum censeam: maxime cum natiuo orationis vitio, communis etiam accesserit librorum omnium calamitas, temporum videlicet ac librariorum iniuria, quæ si quod vnquã aliud adeò lacerum ac plagosum opusculũ hoc reddiderũt, vt in persanãdis eius vulneribus ope Paeonia manus opus esse, recte quis existimare possit: plurima enim

verba, græca quidē illa atq. à classicis auctoribus vsurpata, vnius à principio litteræ mutatione, postmodū vt fit, crescente errore pluriū, in vulgaria quibus Græcorū nunc vulgus vtitur degenerarunt. Multa irrepserunt, non pauca, sine quibus orationis sensus percipi non poterat, omnino desiderantur. Deinde si quis quas adfert animaliū naturas, tanquam minus certas obīciat, is sciat, apud cæteros eiusdem argumenti scriptores fere eas omnes reperiri, si quæ sunt, quæ vnū Epiphaniū auctorē habeant, non ideo aduersus ipsum falsi iudiciū prætor dabit: nam & Aristotelem quandiu culex viuat (vt Mercurius apud Lucianum àiebat) narrātem, quam profunde sol radios emittat in mare, qualem animam habeant ostrea, ac similia cum admiratione legimus, quem tamen abligurito patrimonio & infeliciter in militia, ad quam irruerat agente, pharmacopolā primùm factum, postea simplices at populares homines hisce nugis detinuisse, scribit Epicurus. Sed nec eo nomine reijciendus est noster Physiologus, quod plebeia quędam, trita, ac in omnium ore versantia adducat. nam certe quicquid à tanto viro prodijt plurimi faciendum est, viro sanctitate, doctrina, antiquitate suspiciendo. Et vero veterum auctorum tanta est penuria, totque nobis abstulit vetustas, vt minimas quasque eorum reliquias inuestigare, & ex hisce sacris ruderibus vel contritissimos lapides & minutissimū puluerē colligere absre non fuerit. Iam vt de opella nostra dicam; id te scire cupio, lector candide, hoc nos tantū laborasse vt Epiphanij

quale

qualecunq. monumentū non interiret, catera enim minus accurate tractāda esse iudicauimus: hacq. de causa verba inusitata, phrases minus communes, lectionum denique varietates, quod alijs negotium facerent, ego nō noto: nam certe hospitem me illico agnouisses, si tam nimis attice loquerer. Id laboris tribuendum est alijs auctoribus, non quidem nostro Physiologo, de quo tam est manifestum quantum & tempori, & barbaris manibus licuerit. Quæ etiam causa fuit, vt integra in eo capita omitteremus, cum videlicet tam misere essent deprauata, vt nullo modo intelligi ac tibi proponi possent. Scribit quidem interpres libelli de lapidibus 29 animalium naturas ab Epiphanio explicatas, nobis tamen videre tantum licuit 36. ex quibus vndecim omisimus ob insanabiles deprauationes: Ex his vero quæ verti, plurima etiam resecaui, nonnulla adiūxi: Quod tamen bona fide factū affirmare possum: Tribus enim exēplaribus adiutus sum, quorum præsidio vsus id præstiti. Primum habui ab illus. Sirleto; secundum ex bibliotheca Panormitana, Siculi cuiusdam amici diligētia exscriptum; tertium, atq. omnium emendatissimū à Francisco Turriano Societatis Iesu presbytero. Superest vt si quid symboli per hanc nostram lucubratiunculam communibus studijs accessisse putas, id omne magni illius senis Guillelmi Sirleti, quem hoc ipso quo hæc scribimus anniuersario die immensa Christ. Reip. iactura ab hoc ærumnoso laborum stadio ad immortalē requiem æternamq. felicitatem vocauit Dominus, vt huius inquam

omni æuo celeberrimi viri, cuius humanitate opuſculũ iſtud habuimus pyſſimis manib., ſi quid ex eius lectione voluptatis cæperis, acceptum referas: ſin minus, ingenij noſtri (quod quam exiguum ſit verò ſentimus) tarditati parcas, & demum ad demerendam literariam Rempublicam auſpicatiori Apolline accingaris. Et vale. Romæ. 6. Octobr. die, anno Salutis. M. D. LXXXVI.

VITÆ S. EPIPHANII

compendium ex Metaphraste.

EPIPHANIVS in Phœnicię oppido non procul ab Eleutheropoli, ex infimis,& obscuris natalibus ortus,in tenera adhuc ætate patre orbatus,cum vidua matre & sorore virgine Calitrope relinquitur. Quibus cum adeò tenues essent fortunæ, vt vix commodè alerentur, eorum inopiam miseratus Tryphon,Epiphanium sibi adoptauit, & matri & sorori necessaria ad victum suppeditauit. Erat Tryphon professione Iudæus, & in lege Moysis non mediocriter instructus, qui eo etiam consilio Epiphanium in familiam asciuit, vt filiam ei, quam vnicam habebat,matrimonio iungeret. Degebat itaque cum Tryphone Epiphanius,ætate & Hebraica sapientia proficiens,cum decedente tam eodem Tryphone, quam eius filia hęres ex asse ab eo scriptus est. Quare opulenta hæreditate potitus,matre iam vita defuncta, sororem in domũ recepit, cum qua iucunde vitam agebat. Euenit autem, Deo ita disponente,vt Epiphanio in vicum in quo natus erat,egresso,inopinato quidem, opportuno tamen euentu vir quidam occurreret,religione christianus,Lucianus nomine,doctrina & virtute clarissimus, quique vitam monasticam profitebatur : a quo persuasus, & in fide Christi vna cum sorore instructus, demum omnibus suis opibus pauperibus erogatis, ab episcopo loci baptizatur, & sub Luciani monastico instituto Christum sequitur. Traditur autem à Luciano,Hilarioni in disciplinam: cuius doctrinam,& egregios mores effingens Epiphanius,splendorem tanti magistri illustriorem reddidit.Fulgebat in dies miraculis

culis, & per remotissima quæque loca sanctitatis eius vagante fama adeò magna hominum turba ad eum confluebat, vt in monasterio quiescere prohiberetur. Cuius rei causa in Aegyptum secessit: ubi in multis magnisque rebus eius probitas ac religio spectata fuit: inde ad propria reuersus Hilarionem ad Cyprũ nauigasse cognouit, quẽ inuisere cupiens Paphum nauigauit, & in Hilarionis congressu incredibili fuit lætitia perfusus. Iussu vero Hilarionis Salaminem petit cum ea tum Ecclesia pastore destituta, pro episcopo sibi vtili eligendo supplex Deum precaretur. Exaudiuit itaque preces supplicum clementissimus Deus, & ex Pappi episcopi Cytriæ sanctitate mirabilis, prędictione repertus Epiphanius, principio recusans tantam dignitatem, Salaminiorum tandem episcopus creatur. Quo in onere ita se gessit, vt doctrinam vita, & vitam doctrina comprobaret. Fuit semper acerrimus hæreticorum oppugnator: aduersus quos edidit opus insigne, Panarion nuncupatum. Aetio Valentinianorum episcopo blasphemum os obstruxit. omnibus qui eius sectæ erãt ad fidei synceritatem reuocatis. Huius & aliorum varijs hæresibus conspurcatam Cyprum expurgauit, & edicto a Theodosio obtento hæreticos omnes ex insula eiecit. Ante & post adeptum episcopatum miraculis claruit. Nam & plurimos mortuos suscitauit ad vitam, cœcis visum restituit, multos ab immundis spiritibus vexatos liberauit, atque alia innumera edidit miracula. Tandem ab Eudoxia in Ioannem Chrysostomum odio flagrante Constantinopoli accersitur, quem cũ illa multis pollicitationibus in eam sententiam pertrahere conaretur, vt Chrysostomũ episcopatu deponeret, nunquam tamen ille ab integritate dimoueri potuit. Quamobrem ab aula Imperatoris proficiscitur, & ingressus nauim vt ad Cyprũ remearet, socios ad vitæ innocentiam & ad fidei constantiam hortabatur. Iam enim Dominus seruum suum super pauca fidelem, super multa cõstituere, & ad gaudium introducere volebat.

post

poſt effuſas igitur ad Deum preces ſocios complexus eſt, quibus(inquit) ſalui eſtote filij, Epiphanius enim non vos amplius videbit in hac vita, atque ſtatim Deo tradidit ſpiritum,cum eſſet ætatis centum & quindecim annorum & trium menſium. Nam ipſe antequam nauim cõſcenderet, Archadio de ætate interrogante teſtatus eſt, ſexagesimo ætatis anno ad epiſcopatum fuiſſe promotum,& in eo per quinquaginta quinque annos & tres menſes vixiſſe. poſtea vero naui Salaminem appulſa, & mortis tanti antiſtitis nuntio diuulgato,magno cum populi totius fletu & lacrymis ſepelitur.

HAEc ex Metaphraſte decerpſimus: quæ vt minimè exacta iudicamus, ſic alia ſcribere vanum ducimus.ne videlicet ex noſtris riuulis hauriat lector, quæ ex puriſsimo & altiſsimo fonte petere propediem poteſt:maturat enim cotidianis ampliſsimorum virorum conuitijs motus doctiſsimus ac religioſiſsimus Cæſar Baronius Soranus eccleſiaſticos ſuos annales. qui (vt ex vngue leonem cognoſcas) quales futuri ſint, ſatis declarabit Romanum martyrologium, omnium quotquot hactenus prodiere longe eruditiſſimum:habebis itaque veram Epiphanij hiſtoriam à viro totius eccleſiaſticæ diſciplinæ, antiquitatis, hiſtoriæ peritiſſimo. interim vtrab eo ipſo (quod honorificum ſemper putabimus) hæc eadem mutuemus, conſule Hieronymum epiſt. 61. & in apolog. 2. aduerſus Ruffinum. & Theophilum inter ipſius Hieronymi opera lib. 2. epiſt. 67. ad ipſum Epiphanium. Diuum Auguſtinum in libro de hæreſibus ad Quoduultd Socratem hiſtor. lib. 6. cap. 9. 11. 13. Sozomenum lib. 6. cap. 32. & lib. 7. cap. 26. lib. 8. cap. 14. 15. Niceph. lib. 2. cap. 46. lib. 12. cap. 46. lib. 13. cap. 13. 14. Caſſiodorum lib. 9. cap. 48. lib. 10. cap. 11. 12. & eos omnes qui ſcripſerunt res geſtas Ioannis Chryſoſtomi. vt Leon Imp. Georg. Alexan. & Suidam. Habetur etiam Epiphanij mentio in Nicæna ſynodo ſecunda. Hæc ex Cæſare in maio die. 12. qui ſacer eſt ſanctiſſimo Epiphanio.

Ioannes Adolus Leücosiensis haud indiligens pictor hanc Sancti Epiphanij, Episcopi Constantiæ Cypri imaginem ex peruetusto quodam exemplari depinxit; quod extat in Constantinopolitano antiquissimo monasterio Sula dicto, ulgò Τὰ ἐξ μαρμάρου, sex marmora, appellant: illud nunc Armenijs annuo imposito censu habitandum Tyrannus permittit, olim Patriarchium fuit.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
Επιφανίου Επισκόπου τῆς Κωνσταντείας Κύπρου, περὶ
τὸν Φυσιολόγον τὸν διεξελθόντα περὶ τῆς ἑκά-
στου ζώου φύσεως τῶν θηρίων τε
καὶ τῶν πετεινῶν.

Ο Φυσιολόγος ἀρχεται λέγειν περὶ τοῦ λέοντος.
Κεφάλαιον. Α'.

ΑΡξώμεθα λαλεῖσθαι περὶ τοῦ λέοντος, τοῦ βασιλέως
τῶν θηρίων ἤτοι τῶν ζώων. καὶ γὰρ Ιακὼβ εὐλο-
γῶν τὸν Ιούδαν λέγει, σκύμνος λέοντος Ιούδας ἐκ μου
ἐκ βλαστοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΩΤΗ ΤΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ ΦΥΣΙΣ.

Ο τε ὠδιπατεῖ ἐν τῷ ὄρει οὐ μὴ ἔρχεται αὐτῷ ὀσμὴ τῶ κυνηγῶ τῇ ὁρᾷ συγκαλύπτει τὰ ἴχνη. ἵνα μὴ ἀκολουθοῦντες τοῖς ἴχνεσιν οἱ κυνηγοὶ, εὕρωσιν αὐτὸ τὸ ποίμνιον μὴ καταλάβωσιν αὐτόν.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ο τι πασὶ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς ὁ νοερὸς λέων νικήσας ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ἡ τῶ δαυὶδ ῥίζα, ἀποσταλεὶς ἀπὸ τοῦ πατρὸς, τὰ νοερὰ αὐτῷ ἐκάλυψεν ἴχνη, τουτέστι τὴν θεότητα ἕως τῆς καταλύσεως. καὶ ἦλθε γὰρ εἰς τὴν τῆς Μαρίας νηδὺν, τῶ σῶσαι τὸ πεπλανημένον αἰθρώπινον γένος. καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. ἐκ τούτου οἱ ἀγνοοῦντες ἄνωθεν κατῳκοδόμησαν, ἔλεγον. τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει. κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.

ΕΤΕΡΑ ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ο τι μὴ σὺ νοητὲ ἄνθρωπε, ποιοῦντος σοῦ βλασφημίαν, μὴ ὀπισθώτω σε ἀριστερά σε τῆς δεξιᾶς σε τὸ ἔργον, μή πως ἐνοχλήσῃ σε ὁ διάβολος τοῖς ἔργοις σου τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ἐγκλίνῃ σε ἐπὶ τὰ πονηρά.

LATINA INTERPRETATIO.

Sancti patris nostri Epiphanij Episcopi Constantiæ Cypri ad Physiologum, qui de vniuscuiusque generis ferarum ac volucrum natura locutus est.

Physiologus de leone agit primum.
Cap. I.

DE leone ferarum atque animalium rege dicere incipiamus: Iacob enim benedicens Iudæ, Catulus leonis, ait, Iuda, ex germine fili mi; & quæ sequuntur.

PRIMA LEONIS PROPRIETAS.

CVm leo in monte oberrat, & venatorem odoratur, sua ipsius vestigia cauda obtegit, ne illis insistentes venatores, lustrum inueniant, atque ipsum capiant.

INTERPRETATIO.

SIc Dominus noster Iesus Christus spiritualis leo qui vicit ex tribu Iudæ, radix Dauid, à Patre missus, sui ipsius spiritualia cooperuit vestigia, ideſt diuinitatem suam; se enim exinaniuit, & in Mariæ ventrem descendit, vt saluaret fraude deceptum hominum genus, Et

verbum caro factum est, & habitauit in nobis: quapropter illi qui ignorabant desuper illum descendisse, dicebant; Quis est iste rex glorię? Sanctus vero Spiritus; Dominus, inquit, virtutum, ipse est rex gloriæ.

ALTERA INTERPRETATIO.

NEc aliter tu spiritualis homo, cū feceris eleemosynā, siniſtra tua dexteræ opus ignoret. ne te diabolus ex bonis operibus inuestiget, & ad peccandū alliciat.

NOTAE.

Physiologus.) Non mihi constat quis fuerit auctor hic; ab Origene & alijs eodem nomine citatur. Recentiores Obscurum aliquando appellant, vulgus persæpè cum eo (quem vocant) incognitum Psalmorum commentatorem, confundit. Ex Aristotelis forsan operibus quę de animalibū proprietatibus hic traduntur desumpta sunt, illum enim plurima, quæ nō extant, de animalibus scripsisse auctor est Athenæus, scilicet, Ζωικὸν, περὶ Ζώων, περὶ Ζώων ἠθῶν. quorum pleraq; & Theophrastus agnoscit: nisi mauis sæcula anteuertere, & Salomonem auctorem facere. Ille enim à cedro, quæ alias arbores proceritate vincit, ad hyssopum vsque arborem minimam philosophatus est 3. Reg. 4. Ioseph. lib. 8. c. 2. Nec mirum ex innumerabilibus propè eius scriptis Epiphanij sæculo aliqua superfuisse: nam & illud quod de exorcismis siue adiurationibus ad dæmones fugandos inscriptum erat, suo extitisse tempore auctor est Origenes tract. 35. in Matth.

Iacob enim.) In eo constitit acoluthia sententiæ: quòd cum leo symbolum sit Christi, Christus autem rerum omnium principium, meritò a leone incipiendum sit. Citat verò nobilem illam de Saluatore eiusque spiritualis regni perpetuitate prædictionem quę habetur Geneseos c. 49. ad quam (vt ordinarios Patrum commentarios omittamus) videndus Iulius Pomerius archiepiscopus Toletanus ad Eruigium lib. 1. aduersus Iudæos, qui Christo totius prophetiæ verba perquam eleganter accommodat.

Cauda

Cauda obtegit.) Meminit huius proprietatis Aelianus li. 11. c. 30. Plutarchus lib. de animantium comparatione: Leo (ait) semper contortis ingreditur pedibus, tanquam vagina conditis intus vnguibus, ne aciem attriti retundant, neue vestigantibus notam relinquant, quippe haud temere inuenies vnguis indicium leonini, sed qui in tenuia & cæca vestigia incidunt, aberrant, nec assequuntur eos venatores. Idem narrat Isidorus lib. 1. Originum, c. 2. Sunt tamen qui hiberno tantùm tempore id obseruare leones, dicunt, scilicet quod tunc facilius sit, ex impressis in niue vestigijs lustrum inueniri.

Sic Dominus noster.) Eadem leonis proprietate, diuersa tamen allegoria vsus est Nazianzenus in carmine de Virtute, his verbis.

πολλάκι δ' αὖτε
Ἐσθλῆς τ' ἠδὲ κακοῖο διάκρισιν ἐχθρὸς ἄμερσεν
ὡς ὅτε κερδάλεός πις ὑπ' ἴχνιον ἴχνια βάλλων
ὤσκων ὀφρυόεσσ' καλοῦ πλάζηι δόλοισιν.

ideſt ex Billio,

Sæpe mihi rursus delectum subdolus hostis
Virtutis vitijq. adimens, mea lumina fallit,
Vt fera signa pedum, quæ signis callida turbat,
Hac venatorem virtutis lædat vt arte.

Dionysius lib. 1. cælestis hierarchiæ ex interpretatione Perionij: Leonis quidem figura declarare putanda est principatum, robur, inuictumque animum, vimque qua contendunt pro virili sua ad diuinitatis, quæ abstrusa est, nec explicari oratione vlla potest similitudinem, insistentes spiritualium vestigiorum obscuritati, hærentesq; angustijs quarum mysterium enunciari non potest, viæ, quæ diuina luce illustrata, ad eam ferre potest. Glyca (qui annales ab ortu mundi ad Alexij Pulcri imperatoris vsq; tempora scripsit) totum hunc locum ab Epiphanio mutuasse videtur his verbis. Hoc etiam disce leonem vestigia sua contrahere, quoties ipsum aliqui persequuntur; sic Dominus noster in terram descendens aduentus sui tempus contraxit diaboli causa, qui iam dudum virgines obseruabat.

Cum feceris eleemosynam.) Matth. cap. 6. sed qui intelligi debeat præceptum hoc circa eleemosynæ faciendæ modum optimè ac fusè explicuit Augustinus sermone sexagesimo de Tempore, quo loco Dexteram, Amorem Dei interpretatur, Sinistram verò à qua cauendum est nobis,

vanitatem

vanitatem & cupiditatem ſæculi: Simili tropologia vſi ſunt Origen. Homil. 18. in Matth. Gregorius magnus 1. Reg. 14. Ambroſius ſermone 8. ſuper Pſalmum 111.

ΔΕΥΤΕΡΑ ΦΥΤΙΣ ΤΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ.

Κεφάλαιον. Β'.

Ταν τέξηται τὸν ἀυτῆς σκύμνον ἡ λέαινα, ἀπνοιῖ τε καὶ τυφλὸν τυγχάνοντα ἐμβλέπωσα φρουρεῖται φρουρέουσα ἀυτὸ ζοιήμερον. μὴ δὲ τὸ συμπλησθῆ αι τὰς ζοὰς τῆ ἡμερῶν, φρουρωγάζων ὁ ἄρρην λέων καὶ ἐμφυσήσας ἀυτῶ καὶ ἀθὶς βλέπω καὶ ζωή. ὅταν οὖ κοιμᾶται, γρηγορεῖ σιν ἀυτῶ οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἀπὸ ἑπτὰ βηματίζων τὸ κυνηγοῦ φρουμθάνει, καὶ διδασκάπει, τὸ μὴ συνεμπεσεῖν ἀὐτῶ.

ΕΡΜΗ-

EPMHNEIA.

Οὕτω καὶ τὰ ἄπιστα ἔθνη ἐκ τῆς τριημέρου ταφῆς καὶ ἐγέρσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ἀνέβλεψαν καὶ ἐζωοποιήθησαν. πρὸς γὰρ τῷ βαπτίσματος νεκροὶ καὶ τυφλοὶ ὠνομάζοντο. διεβλέποντο δὲ ὑπὸ τοῦ Λεαίνης, τουτέστιν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἕως τῆς τριημέρου ταφῆς. ὅτε δὲ ἦλθεν ὁ ἄρρην λέων, τουτέστιν ὁ ζῶν λόγος, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς αὐτοὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐζωοποίησεν αὐτοὺς καὶ ἀνῆγαγε πάντας ἐκ τοῦ ᾅδου.

Altera leonis proprietas.
Cap. II.

LEæna mortuum & cæcum edit catulum, iuxtà quem defixos in illum habens oculos triduò cubat: his verò transactis leo accedit, & in catulum spirat, qui statim & ad vitam reuocatur, & lumen oculorum recipit. cùm verò dormit, euigilant eius oculi, ita vt venatorem ab septem stadijs præsentiat, ipsumq; fugit, neq; ab illo capitur.

INTERPRETATIO.

SIc gentes quæ non credebant per trium dierum sepulturam, & Domini nostri Iesu Christi resurrectionem respexerunt, & ad vitam reuocatæ sunt. Ante baptismum enim & mortuæ & cæcæ dicebantur, verùm à leæna, ideſt, ab sancto Spiritu per triduum sepulturæ obseruabantur, cum aurem leo, hoc est viuificum verbum venit, & in ipsos Spiritum sanctum inspirauit, ad vitam eos reuocauit, & omnes ab inferno eduxit.

NOTAE

NOTAE.

Mortuum & cæcum.) Ita edi leonem narrant Arist. & Plinius. sed Plutarchus in quæstione, Vtrum Iudæi, quòd venerentur suem, an quod ab ipso abhorreant, abstineant se eius carne, ea ratione leonem ab Aegyptijs Soli sacrari ait, quod inter quadrupedes qui vngues aduncos habent, solus pariat catulos qui cernant: & Democritus apud Aelianum, inter animalia leonem solum oculis apertis nasci scribit, statim enim à partu strenuum quid prodere. Origenes hom. 17. in cap. 49. Geneseos, locum hunc citat in hæc verba: Physiologus de catulo leonis hæc scribit: quod cum fuerit natus tribus diebus & tribus noctibus dormiat. tunc deinde patris gemitu vel rugitu tanquam tremefactus cubilis locus suscitet catulum dormientem. Isidorus eandem sententiam ex Origene exscripsit. Huius vero rei rationem ex eodem Physiologo adferunt auctores, scilicet quod cum leones calidissimi sint natura, vt eorum fortitudo cum audacia & iracundia coniuncta indicat, fœtus autem ex generis temperie humiditatem contineat, siccitate complexionis & caliditate viscosior redditur, & maxime circa cerebrum præualescente siccitate & animali spiritu adiuuante. Vnde neruis obstructis spiritus excluduntur, nec virtutes possunt actiones suas mouere: parentibus ergo rugientibus circa fœtum, spiritus per os & aures & meatus capiti ingressi præbent fœtui motum.

Apertis oculis.) Immò nunquam soporem admittere aliqui narrant. Aelianus caudam etiam cum dormit mouere ait, vt ostendat se non omnino dormire, apertos tamen habere oculos, & Plutarchus dicto loco tradit & Isidorus, & recentiores plurimi.

Sic gentes.) Pulcra est allegoria: nam Christi triduana sepultura & glorioſa exsurrectio, typus fuit exsurrectionis nostræ: nec eius tantum qua in fine sæculorum à morte corporis ad immortalem vitam resurgemus, sed cuius virtute per sacrum lauacrum ad nouam iustitiæ vitam ex peccati morte viuificamur. Trina enim in aqua immersio, rursusq. ter facta ex aqua emersio triduum sepulturæ & glorioſæ exsurrectionis mysterium denotat. id mirè explicuit Apostolus; Consepulti, inquit, sumus cum illo per baptismum, vt quo modo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Augustin. sermone 48. de Iuda: Baptismus Christi nobis est sepultura,

tura, in quo peccatis morimur, criminibus ſepelimur, & veteris hominis cõſcientia reſoluta in alteram natiuitatem rediuiua infantia reparamur. Fulbertus Carnotenſis epiſcopus totam allegoriam (quam omnes Græci patres, præcipuè tamen Origenes in Paulo, & Baſilius in ſermone de Baptiſmate agnoſcunt) fuſius tractauit, in epiſtola ad Adeodatum. Sicut, inquit, Dominus noſter Ieſus Chriſtus tribus diebus & tribus noctibus corporaliter ſub terræ ſepulchro conditus fuiſſe deſcribitur: ita homo ſub cognato terræ elemento trina vice demerſus operitur, ac ſic vitalis imitatione myſterij dum demergitur, ſepelitur, dum educitur, ſuſcitatur. videndus doctiſſi Ludouicus Legionenſis Auguſtinianus. in libro de nominibus Dei.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΥΡΟΥ.

Κεφάλαιον. Γ'.

Οὖρος μέγιστόν ἐστι ζῶον πολὺ ὑπερβάλλον τὰ ἕτερα βοῒ παραπλήσιος, δύο κέρατα ἐν ἑαυτῷ ὁρίσιν ὅμοια ἔχον, ἀνισοις τῇ θεωρίᾳ παντὰ παίζα τὰ ζῶα, ὥστε τὰ μεγάλα δένδρα ἀκανηθόμορος τοῖς κέρασι διαῤῥίειν, καὶ πλωνοποιᾶν, καὶ ἀδὲν τῶν ζώων διύασθαι ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι. νέμεται δὲ ὁ αὐτὸς θηρς πλησιον τῶ ὠκεανῶ, καὶ δενδρεσι μεδύσεται καὶ παλαίει θηρὶ γλῶ τοῖς κέρασιν ὥσπερ βοῦς, ἔστι δὲ ἐκεῖ δένδρον ἡ ὀνομαζομένη τάνις, κλίμασι μόρφωσιν ἔχουσα λευκοκλώνα, ἐν τοῖς ἔρνεσι κινδύνος ὁ αὐτὸς θηρς, τῶ κεφαλῶ θρὸς τὰ ἔρνη τῆς τάνυος, τὸ κέρας αὐτῷ δέδεται ὑπ' αὐτῆς. ἀδαμένου δὲ τοῦ φυτοῦ τῶ κυνηγοῦ, καὶ διίσποντος ἐμπεπεδημένου τῷ κεράτων, κρατεῖ αὐτόν.

ERMHNEIA.

ΚΑΙ σὺ οὖν νοητὲ ἄνθρωπε, νόησον ὅτι ὕρις γυναικοτερόν σε ἐπίησεν ὁ θεός. αὐτὴ δὲ τ κεράτων, δέδακέ σοι τὰς δύο διαθήκας, Ἰστέσι παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην, κεράτιν εἰς τὰς ἀναπτίας δυνάμεις, ἵνα μὴ θεσεγγίσῃ θρὸς σὲ ὁ πονηρός. εἶπε γὰρ ὁ θεσφήτης, ἐν σοὶ τὰς ἐχθρούς ἡμῶν κεραποῦμεν.

ETERA ERMHNEIA.

Ωκεανὸς ἑρμηνεύεται τὸ μέγεθος τῆ πλήτου, τάνυς δὲ ἡ ἡδονὴ τ βίου. ἐμπλεκόμενος ὁ ἄνθρωπος εἰς τὰς ἡδονὰς τ βίου ἀμβλεῖ τῆς πίστεως, ἐπερχομένου δὲ τῆ κυνηγοῦ τετέσι τ διαβόλου καὶ δείσαντος αὐτὸν συμπλεκόμενον, καὶ ἀμβλοῦντα τῆς πίστεως, καταγειδίει αὐτό.

De Uro. Cap. III.

Vrus animal omnium maximum, similis est boui, duoq. habet cornua in modum serræ, estq. præ omnibus animalibus terribile aspectu: itaq. proceras arbores quatiens, illas dissecat, ramosq. præscindit, nec est vllum animal

animal illo fortius. Pascitur non longè ab Oceano, continuo vero vt bibit, veluti ebrius ludit, cornibusq. tanquam bos terram petit. Est autem illic arbor dicta Tanus, viti similis & alba ramis, quos cum vrus capite concutit, cornu vincitur. Accedit itaque venator, & cornu alligatum deprehendit, illumq. opprimit.

INTERPRETATIO.

TV igitur ò spiritualis homo considera quanto te vro generosiorem fecerit Deus: loco enim duorum cornuum, duo tibi dedit testamenta, nouum videlicet & vetus, quæ cornua sunt contra potestates aduersas, vt ne te circumueniat diabolus: ait enim Propheta: In te inimicos nostros ventilabimus cornu.

ALTERA INTERPRETATIO.

OCeanus copiam diuitiarum significat, Tanus vero vitæ voluptatem, qua implicitus homo fidem negligit. venator igitur hoc est diabolus illum aggreditur, quem voluptatibus mancipatum, fidemq. negligentem inueniens in suam potestatem redigit.

NOTAE.

Vrus.) Vox est Gallica si Macrobio credimus; syluestrem bouem plerique interpretantur, aliqui Bubalum vocant; nonnulli cum bisonte confundunt: alij illos esse volunt quos rhizes ex Iphicrate vocat Strabo; Apud Albertum Vrnus legitur.

In modum serræ.) Figura cornuum uri diuersa est à boum nostrorum cornibus, sed eximiæ magnitudinis, & ex quibus pocula quæ in maximo pretio sunt conficiuntur, auctor est Cæsar lib. 6. belli Gallici: Plinius ad plurimas alias delicias conferre scribit, quas item narrat.

Non longè ab Oceano.) in Hercynia ſylua (ea eſt in Germania, Nigram ſyluam hodie vocant.) vros naſci dicto loco ſcripſit Cæſar: Strabo apud Heſperios Aethiopes: in omni Septentrionali plaga (ſi eoſdem cum biſontibus eſſe dicamus) Solinus: Seruius lib. 3. Georgicorum in Pyrenæo monte, ac proinde vros ἀπὸ τῆς ὀρέων dictos, cui & Iſidorus conſentit. De illorũ vi ac velocitate plura apud præcitatos auctores: Iſidorus arbores ſolidas, & armatos milites cornibus eos alleuare ait.

Tanus.) ſiue tamus (virumq; enim legitur in Græco exemplari) Latinam vocem vſurpauit, quam Græci ἀμπελόμυον, ſiue ἄμπελον ἀγρίαν ſoluta compoſitione: ſiue vt aliquibus placet, οἰνάνθην vocant: Plinius fructum, taminiam vuam, vitem ipſam, ſalicaſtrum appellat. Ex earum eſt vitium genere quas Theophraſtus, & Dioſcorides ἀμπέλους λευκὰς vocant, ideoq. Phyſiologus hic λευκοχλῶνον appellauit, quod nos ramis albam reddidimus. Ea, credibile eſt, vri cornua impediri, lente enim quodam & glutinoſo ſucco madet.

Duo teſtamenta.) nota eſt allegoria, quam in illud: Vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cornua duo ſimilia agni, Apocalypſeos 13. vſurpat Auguſt.

Tamus vitæ voluptatem.) forſan ducta eſt allegoria (nam apud antiquos patres illam nõ legi) ab Hebræa ſignificatione vocis huius. Tamus enim ſiue Thamus, aut Thamnuz (prout Septuaginta nuper editi & ibi ſcholium Theodoreti habent,) Adonis dictus eſt Veneris amaſius, vt in c. 8. Iezechielis notat Hieronymus; Græcus textus habet: Καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ γυναῖκες καθήμεναι θρηνοῦσαι τὸν Θαμμούζ & Tertullianus Hebræam ipſam vocem Latinam fecit, contra Iudæos. Et ecce illic mulieres ſedentes, plangentes Thamus, vulgata tamen editio Adonidem reddidit videlicet vt per magis notam vocem rem explicaret, quod & Septuaginta conſulto feciſſe multa Hebræa ἑξελληνίζοντες obſeruarunt in Eſai. cap. 3. Cyrillus & Theodoretus, & in extremo capite lib. Iobi Olympiodorus. Sed & θαμνὸς Latine fruticem ſonat; quare ad haſce ὁμωνυμίας forte alludens Epiphanius ſylueſtem vitem (eam tamen ſiue tamum interpretati ſumus) voluptatis ſymbolum fecit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΛΕΦΑΝΤΟΣ.

Κεφάλαιον Δ'.

Ἔστι γὰρ ὁ ἔλεφας μέγιστον ζῶον, προβοσκίδα ἔχων τῇ ἀναφθείρει τὰ ἐπερχόμενα αὐτῷ ζῶα, ὁμοίως καὶ τὸν βοῦν, καὶ τὸν ἵππον ἀπὸ τῆς προβοσκίδος αὐτῶν κυβερνᾶται. ἐὰν δὲ ἔχῃ ἁρμοσίας, καὶ κύψας νέμεται καὶ ἐκ κάμπτῃ γόνατα. ἡ θῆλυς δὲ ζητεῖ βοτάνην τὴν λεγομένην μανδραγόραν, καὶ μεταλαμβάνει ἐξ αὐτῆς, ἵνα δύδεως πυρωθῇ, καὶ πορεύεται ὡρὸς τὸν ἄῤῥενα, καὶ ὡς ἀπεζωσμένη κομίζει αὐτῷ τὸν βοτάνην, καὶ μεταλαμβάνει ὁ ἄῤῥην ἐξ αὐτῆς, καὶ δύδεως πυροῦται, καὶ συγγίνεται τῇ θήλει. ἐπερχομένου δὲ τοῦ κυνηγοῦ τὸν τεκεῖν, εἰσβαίνῃ εἰς πνὰ λίμνην τοῦ ὕδατος, τὸ ὕδωρ καταμείξασα, ὡς τὸν πλησιάσαι τοῖς μαστοῖς, καὶ ταύτῃ χρυσᾷ. διὰ γὰρ τέχνης ἐπὶ τῆς γῆς, ἀδυνατήσῃ ὁ σκύμνος ἐγερθῆναι ἀμοιρῶν ἁρμοσιῶν.

ΕΡΜΗ-

EPMHNEIA.

Πρόδηλον δὲ ὅτι ὁ πρωτόπλαστος ἀδὰμ οὐχ ὥσπερ ἡ εὔα τῷ ἀπαγορευμένῳ ξύλου προσεγεύσατο τὸ ποιζόμενον καὶ τὰ ἑαυτῆς γαμέτῃ, ὅστις μὴ τὸ γεῦσιν οὐθέως τῆς παραβεβηκέναι ἤσθετο. τί δὲ ἔγγόνησε: τὸ δὴ δήπου τὸ ἁμαρτάνειν. τίς γὰρ ἡ τῆς γόνας λίμνη; ὁ παράδεισος.

De Elephante. Cap. IV.

ELephas maximum est animal, proboscidemq. habet, qua quæ ipsum adoriuntur animalia, percutit. hac cibum & potum sibi sumministrat, non enim habet compages, propensusq. pascitur genua haud incuruans. Fœmina herbam quæ mandragora dicitur, quærit, quam gustat, & coeundi cupiditate accensa ad maremque properans, illam ipsi offert. Mas verò vt comedit, ardet libidine, & fœminæ miscetur: iam cum instat pariendi tempus, lacum ingreditur, pertentatq. aquam, qua mammillas vsque pertingente parit. si enim in terram ederet fœtum, haud eleuari posset, cum membrorum compagibus careat.

INTERPRETATIO.

MAnifestum est primum parentem Adamum, non vt Euam obedientiæ lignum prægustasse: illa enim dedit viro; qui vt comedit, sensit se præceptum Domini transgressum esse. Quis igitur partus? peccatum: & lacus vbi peperit quis? Paradisus.

NOTAE

NOTAE.

Proboscidem habet.) Multus est (vt ait Physiologus) elephanto proboscidos vsus: quam & manum, & narem Aelianus, Plinius, & Aristoteles vocant. Mandunt, ait, spirant, & bibunt, odoranturq. haud impropriè appellata manu. De elephantibus Pori Indorum regis narrat Alexandri historia, illos arma virosq. corripuisse, & rectoribus manu, idest proboscide, tradidisse. Apud Iobum c. 40. multa scituq; digna debehemot: quo nomine elephantem designari periti docent. illustrat autem Iobi locum splendidissimum Hispaniæ nostræ lumen Benedictus Pererius lib. 4. commentariorum Danielis.

Mandragoram.) Recentiores locum hunc ex auctore obscuro citant; & addunt, orientem versus, ad proximum Paradiso locum, vbi hæc herba inuenitur, elephantes proficisci. Vincentius; Proli operam daturi orientem versus pergunt, ad proximum paradiso locum, vbi inuentam mandragoram fœmina prior gustat, deinde persuasus ab ea mas, sic miscetur, & fœmina concipit: vbi interim noto, deprauatè forsan ex Physiologo adduci vocem Orientem, aut interpretum, aut librariorum incuria, & pro ea reponendum esse, Occidentem. Theophrastus enim libro plantarum 6. cui & Plinius adstipulatur de modo colligendi mandragoras, agens, sic ferme scripsit: circumscribunt mandragoras gladio, secantque, ad Occasum spectantes; iubent & alium saltantem tripudio circumagi, multaq. de Veneris vsu & re dicere: nisi velis ad Paradisi situm vocem Orientem referre. Inde autem proprietatis huius ratio tracta est, quod mandragoræ ad ciendos amores facultas inesse credatur; ideoq; (auctore Dioscoride & Galeno) Circæa à nonnullis appellatur, denominatione videlicet sumpta à Solis & Persees nimphæ huius nominis filia, quæ conficiendorum philtrorum peritissima fuisse dicitur. quare infœcundis mulieribus vtilem esse plantæ huius esum vulgò plurimi arbitrantur, illo maximè Geneseos loco adducti, vbi pro mandragoricis pomis vnius noctis cum Iacobo cõcubitum Lea à sorore Rachel pacta est; hæc verò (quæ eo vsque sterilis fuerat) non multò post concepit. Accedit, in hac planta marem & fœminam manifesta expressione sexuum reperiri, ac propterea ἀνθρωπόμορφον à Pythagora appellatam. Sed Augustinus lib. 22. contra Faustum huius opinionis vanitatem scitè arguit, piaq. tropologia totum Geneseos locum interpretatur. Cum nec desint, qui Hebræam illam vocem, pro qua Latinus

tinus & Græcus interpres, mandragoras, reddidit, magis proprie lilia significare dicant, eodemq. modo vertendum censeant Canticorum illud: mandragoræ dederunt odorem suum, &c.

Arcet libidine.) Recte hoc addidit, vt germanius mysticum sensum eliceret. Esu enim vetiti pomi libidinosa voluptas generationis opus natura consequuta est, qua alias omnino caruisset. vide Nicetam doctè de hoc differentem in Nazianz. scholio 11. orationis de Baptismo. Quinimmo Adamus quandiu in Paradiso fuit Euam non cognouit, vt Epiphanius noster lib 2. contra hæreses, Tertullianus de velandis virginibus, & alij plures tradiderunt. Hinc porro orta est celebris illa quæstio (quam aduersus Iouinianum elegantissime tractat Hieronymus, & circa quam à Latinis patribus Græci dissentiunt.) Vtrum in Paradiso generandum esset, si nemo peccasset; vel vtrum contra actum libidinis, pugnatura illic fuisset traditio castitatis: his enim verbis proponitur apud Augustinum lib. 13. Ciuitatis cap. 23. videndus ad idem Moses Bar. Cepha. Syrus in libro de Paradiso cap. 25.

Constat primum parentem.) Michaelus Glyca, cuius mentionem fecimus, in hunc Epiphanij libellum sine dubio inciderat; integrum enim hoc caput, operi suo inseruit, in hæc verba: Nec ad Venerem (ex fide porrò Leunclauij) elephantus accedit. quemadmodum harum rerum periti tradunt, nisi mandragoram deguste; nam prius quàm hoc fiat, nullam coitus libidinem experitur. Quapropter fœmina sumptam mandragoram comedit, eandemq. mari porrigit, & hoc pacto ad consuetudinem Veneream accedunt. Hoc autem manifestò referri ad homines illos primùm conditos debet: nam & illi ante ligni vetiti degustationem, libidinibus superiores erant. verum post eam, cum Eua rem Adamus habuit, eaq. Cainum peperit. hactenus Glyca.

Peccatum.) Paulus ad Romanos 5. Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Insignis autem extat apud Theophanem Nicænum locus in elegantissima epistola de sacerdotio ad clerum, vbi mala quæ ob peccatum Adami humanum genus consequuta sunt, eleganter recensentur. Verùm cum huius epistolæ aliarumq. huius patris quæ nondum euulgatæ sunt, editionem iam vrgeam, hæc tunc ex fonte candidum lectorem haurire licebit.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΛΑΦΟΥ.

Κεφάλαιον Ε'.

ΕΣτι δὲ ἡ ἔλαφος μόρφωσιν ἔχουσα ἀγρίας δορκάδος, τὸ δὲ κέρας αὐτῆς ξίαρχον, καὶ τὰς ξεῖς ἀνακαμίσεις, ζῇ δὲ ἔτη πεντήκοντα, καὶ διαξέχει ὡς καλὸς δρομεὺς τὰς νάπας τῶν ὑλῶν, καὶ τὰς φάραγγας τῶν ὀρέων, καὶ ὀσφραίνεται τὰς ὀπὰς τῶν ἑρπετῶν, καὶ τῶν ὄφεων ὅπου περ διαξίβουσα ὠδαχρῆμα γινώσκει, καὶ δι' ὕδατος πίνει τὸν ῥῖνα αὐτῆς ὅπως τὸν θῦρεον τῆς ὀπῆς, καὶ αἱ αἱρεῖ τὸν πνοὸν, καὶ ἐξιὼν ὁ ὄφις εἰσβαίνει εἰς τὸ λάρυγγα τῆς ἐλάφου, ἡ δὲ καταπίνει αὐτόν. διὰ τοῦτο ἡ ἔλαφος ὀνομάζεται διὰ τὸ ἐλθεῖν τοὺς ὄφεις ἐκ τῶν βάθους. ξέχει γὰρ ὅπως τὰς πηγὰς τοῦ ὕδατος καὶ μὴ ξεῖς ὥρας γεύσηται τοῦ ὕδατος, τηλαυγῶς. εἰ δὲ ἄρα ὕδωρ πάλιν ζῇ ἔτη πεντήκοντα. τοῦτο εἶπεν ὁ προφήτης, ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ὅπως τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ θεός.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ οὖν νοητὲ ἄνθρωπε, ζῇς μὴ αἰχμάλωτος ἔχῃς. τέτων ἡ μὲν ἔξις τὸ βάπτισμα τῆς ἀφθαρσίας, ἡ δὲ τὸ χρῖσμα τῆς ἱερατείας· καὶ ἡ μετάνοια ἡνίκα εὕρῃς τὸν ὄφιν ἐν τῇ καρδίᾳ σου (πυτέσι τὴν ἁμαρτίαν) δρομαῖος χώρει ὅπου τὰς πηγὰς τοῦ ὕδατος, ἤγουν ὅπου τὰς κρεμμυοὺς τῶν γραφῶν (καὶ τὰς ἑρμηνευούσας προφητείας) καὶ πῖε ὕδωρ ζῶν, τετέστι τὸν ἅγιον λόγον. κοινωνῶν γὰρ ἐν μετανοίᾳ, ἀναπεώσῃ σαυτὸν λοιπὸν ἐξ τῆς ἀυτῆς· καὶ θεραπευθήσῃ ἡ ἁμαρτία.

De Ceruo. Cap. V.

CEruus similis est siluestri capreæ: illius cornua tribus ramis distinguuntur, vt & triplex est eius vitæ reparatio. Viuit enim annos quinquaginta, nemorumque syluas, & montium valles, vt velocissimus cursor contento gradu perlustrat, serpentiumque cauernas odore indagat, & sicubi serpens delitescit, è vestigio subodoratur, statimq; nares ad limen cauernæ admouet, halitumq; trahit: prodiens igitur serpens in fauces cerui sese ingerit, ille obuium deuorat: qua de causa appellationem sortitus est, videlicet quod ex imo serpentes ad se attrahat. Postquam autem serpentem ex cauernis cepit, illico ad aquarum fontes decurrit; quod si trium horarum spatio aqua se explere non potest, moritur: sin autem aquæ potus obtingat, ad annos denuo quinquaginta vitã protrahit; vnde propheta Dauid; sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, sic desiderat anima mea ad te Deus.

INTER-

INTERPRETATIO.

TV igitur ſpiritualis homo, tres habes reſtaurationes, baptiſmum ſcilicet incorruptionis, filialis adoptionis gratiam, atque pœnitentiam. ſi quando ſerpentem ideſt peccatum intra cordis receſſus deprehenderis, ad fontes aquarum, hoc eſt ad ſcripturarum ſcaturigines ſtatim confuge; ſanctam videlicet gratiam (quemadmodum Prophetæ interpretantur) hauri: nam ſi pœnitentiam egeris, ab ea iterum deleto penitus peccato, reparaberis.

NOTAE.

Tribus ramis.) Albertus incertum eſſe ſcribit quot ramos (ipſe culmos appellat) ceruinum cornu producat: ſed Ariſtoteles, Bimis, inquit, cornua primum oriuntur ſimplicia & recta ad ſubularum ſimilitudinem. quamobrem ſubulones per id temporis eos vocant: trimis bifida exeunt, quadrimis trifida; atq; deinceps ad hunc modum procedit numerus vſque ad annum ſextum. ab hoc ſimilia ſemper prodeunt, ita vt non ſit dignoſcere ætatem ramorum numero. Et Solinus; pro ætate ramos augent: id incrementum per ſex annos perſeuerat. denique numeroſiora non poſſunt eſſe cornua, poſſunt craſſiora: cui opinioni fauet & Plinius lib. 8. cap. 22.

Serpentiumq; cauernas.) Frequentiſſima eſt huiuſce ceruinæ proprietatis mentio apud omnes naturalium rerum ſcriptores, quam & nonnulli ceruis cum Elephantis communem eſſe tradunt. Plinius enim: Elephantorum anima ſerpentes extrahit, ceruorum item vrit. Verum in aſſignanda ratione qua id fiat non ſatis conuenit: nam Aelianus liber 2. capite 9. Mirifico (ait) quodam munere naturæ ceruus ſerpentem funditus vincit. nec enim ipſum tametſi hoſtis in latebram abditus effugere poteſt, etenim ille naribus ſuis in ſerpentis cauernam incumbens vehementiſſime inſpirat, & ſpiritu ſuo quaſi amato-

rio quodam alliciens extrahit, inuitumq. profert, &c. Græcorum autem Geoponicorum collector lib. 19. cap. 5. diuersam causam adducit, Xenophontemq. testem citat, quòd ceruus serpentem spiritu afflans quasi afficiat vertigine, & sic attrahendo rapiat. Porrò eiusdem proprietatis Ecclesiastici auctores non raro meminerũt, quam diuersis mystagogijs varijs in locis exornarunt. Tertullianus libro de Pallio, cum mundanarum rerum vicissitudines longa inductione probet, Taceo, ait, ceruum, quod & ipse ætatis suæ arbiter serpente pastus, veneno langueſcit in iuuentutem: sed & Origenes li. 1. contra Celsum, & in cap. 15. Matthæi, & in Canticum Canticorum homil. 3. prolixa satis narratione ceruinæ naturæ allegorias persequitur. Et docet nunc virum iustum cerui nomine (quod apud omnes sanctos Patres triuiale est) nunc Christum ipsum intelligi. Vide patrum commentarios in cap. 7. Iobi, Psal. 28. & 41. & 103. Prouerb. 5. Cant. 2. 3. & 8.

Appellationem sortitus est.) ἔλαφος enim ἀπὸ τῆ ἐλαύνειν τοὺς ὄφεις. Plutarchus in libello de animantium comparatione: Elaphos, ait, Græce nomen ceruis inditum est non à celeritate, sed à serpentis tractione sorptioneque: Sanctus Athanasius in quæstionib. cap. de Actu, eiusdem etymologiæ auctor est. Isidorus autem latinam vocem, Festum secutus, à Græco vocabulo κέρας deriuauit.

Sicut desiderat.) Glossa (quam ordinariam vocant) in hunc locum: Ceruus senio grauis, excrescentibus pilis & cornibus, serpentem naribus haurit, mox hausto æstuat veneno, vnde fontem ad bibendum ardentissime desiderat, quo poto pilos & cornua deponit.

Baptismum incorruptionis.) τὸ βάπτισμα ἀφθαρσίας. incorruptionis vel immortalitatis baptismum vocat, quod illius beneficio à peccati morte ac corruptione liberemur, vt hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. quapropter regenerationis lauacrum merito appellatur ab Apostolo. Optatus lib. 5. contra Parmenianum: Baptismus virtutum est vita, criminum mors, natiuitas immortalis, cælestis regni comparatio, innocentiæ portus, peccatorum naufragium.

Filialis adoptionis gratiam.) Est hæc secunda post protoplasti lapsum hominis reparatio, quæ & illius prioris effectus est: nec enim tantum criminum labes sacro lauacro abstergũtur, verum simul filiorũ Dei adoptionem illius virtute consequimur, Christo videlicet coniuncti, illiusq. mem-

membra effecti, de illius plenitudine accipimus, ideſt renouationis ſpiritu plenè in nos effuſo, diuinæ gratiæ conſortes ſumus, & virtutes omnes à capite Chriſto deriuatæ animis noſtris infunduntur. Hoc præ alijs diſertè explicuit Nazianzenus dum duarum vocum χάρισμα καὶ σφραγὶς, quibus quaſi ſynonymice Baptiſmus ſignificatur, diuerſam vim docet. Porro χάρισμα (latine gratia, donum, munus redditur) ad peccatorum condonationem ſpectat; σφραγὶς autem, ideſt ſignaculum, obſignatio, ſigillum, ad virtutum, quas quaſi obſignat, ſigillat, ſeruat, & confirmat, acquiſitionem: locus eſt in oratione Εἰς τὴν ἀδελφὴν γοργονίαν, qui ſic habet: Καὶ μὴν καὶ χρεὼν (agit autem de ſorore Gorgonia quæ tardius ad baptiſmum acceſſerat) ἵν' ἔτι πολμήσω, σφραγὶς ἀλλ' οὐ χάρισμα ἦν τὸ μυστήριον: et pene ſoli (vt audacter loquar) ſigillum, non gratia erat initiatio: quaſi dicat Gorgoniã ante ſuſceptum baptiſmum ita piè vixiſſe, vt baptiſmus illi non tam eſſet χάρισμα, ideſt peccatorum (quibus non admodum erat infecta) condonatio, quam σφραγὶς, ideſt virtutum, quas multo tempore & ſtudio acquiſierat ſigillum. Vide ſcholium Billij in illum locum.

Pœnitentiam.) Quæ altera eſt hominis inſtauratio, ac proindè ſecũda poſt naufragiũ tabula merito appellata.

Sanctam videlicet gratiam.) Alludit ad locum Eſaiæ c. 12. vel Hieremiæ 2. vbi aquarum nomine ſacram ſcripturam myſticè interpretantur patres, vt contra, per Aegyptiacas aquas in ſanguinẽ verſas vana Philoſophorum dogmata. videndus præ alijs Origenes. Exod. cap. 7. homil. 4.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΕΤΟΥ.

Κεφάλαιον ϛ'.



Ἔστι γὰρ ὁ ἀετὸς βασιλεὺς τῶν ὀρνέων. ἀετὸς δὲ καλεῖται, διὰ τὴν πολυετίαν αὐτοῦ. ζῶσι μὲν γὰρ ζῇ ἔτη ἑκατόν. καὶ γηράσαντος γρυποῦται ὁ τῶν μυκτήρων καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, τὸ μὲν ὁρᾶν, καὶ ὅλως ἰσχύει φαγεῖν. αἴρεται δὲ εἰς ὕψος λίαν, καὶ ῥίπτει ἑαυτὸν ὅπου ἀκρότομου πέτρας, προσκρούσας αὐτῇ τὸ ῥάμφος, καὶ λούεται εἰς τὴν ψυχρὰν λίμνην, καὶ κάθηται καὶ τὸ ἡλιακὸν θερμόν. πίπτουσι δὲ λεπίδες ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ πάλιν εἰς νέους γηρᾷ ἄρχεται.

EPMHNEIA.

Καὶ σὺ οὖν νοητὲ ἄνθρωπε, ὅταν πολλὰ ἁμαρτήσῃς, ἀνάβηθι εἰς ὕψος, τετέσινεἰς τὸ σωφδός σε. καὶ ῥῖψον σε καὶ πέτραν, ἤγουν εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, κλαῦσον τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν σου. ἐν τῇ λίμνῃ καθαείθητι τῶν δακρυσμάτων σου. θερμαίνθητι καὶ τὸν ἥλιον, ἤγουν καὶ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, σπεῦσον τὴν ταχίστην ὅπως τῷ θέρμῳ τῆς μετανοίας. ῥῖψον ὅπου σοῦ τὰς λεπίδας τὰς ἁμαρτίας, καὶ πάλιν ἀνακαινισθήσεται, ὡς ἀετὸς ἡ νεότης σου, καὶ δίκαιος ὀνομάσῃ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ.

De Aquila. Cap. VI.

AQuila volucrum regina, à diutissima vita denominationem accipit, viuit enim annos centum: cum verò senescit, rostrum ei incuruatur, caligantque oculi, ita vt nec videre possit, nec cibum capere. Igitur in altum sese attollit, & in præruptã se proijcit rupẽ, ad quam rostrum allidit, & se frigidis immergit aquis, aduersusq; solares radios se opponit, tuncq; ex oculis cadunt lippidines, ac iterum iuuenescit.

INTERPRETATIO.

TV igitur, ò spiritualis homo, cum multitudine peccatorum fueris oppressus, in altum ascende hoc est in tuam ipsius conscientiam; atque te ad petram, scilicet ad fidem orthodoxam proijce; defle peccatorum tuorum multitudinem; & perpetuis te aquis, idest lachrymis abstergens, Solis radijs incalesce, hoc est in cœtu fidelium, & in sancto Spiritu ad calorem pœnitentiæ propera; lippidines, idest peccata abijce; statim enim renouabitur, vt Aquilæ iuuentus tua, & iustus vocaberis apud Deum.

NOTAE

NOTAE.

A diutissima vita.) Ἀετὸς enim ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, ideſt æuo, ſiue ἀπὸ τοῦ ἔτους, ideſt anno. Athanaſius, ἀετός, διὰ τὸ πολλάκις ἀνακαινίζεσθαι καὶ πολλὰ ζῆν. Aquila, quod ſæpe renouatur, & multos viuit annos. Iſidorus latinam vocem ab acumine oculorum deduxit, Feſtus autem ab acute volando, ſiue à colore fuſco & ſubnigro.

Cum vero seneſcit, &c.) Alij aliter hanc renouationem aquilæ narrant: Hieronymus: Aquilæ, vbi conſenuerit, grauantur pennæ & oculi, quærit illa fontem, erigitq; pennas calorem in ſe colligit, eo modo ſanantur oculi, in fontem ſe ter mergit, atq; ad iuuentutem redit. Sanctus Auguſtinus: Dicitur aquila, cum ſenectute corporis preſſa fuerit immoderatione roſtri creſcentis cibum capere non poſſe. pars enim roſtri eius ſuperior, quæ ſupra partem inferiorem aduncatur, cum præ ſenecta immoderatius irruerit, longitudo eius incrementi non eam ſinit os aperire. vt ſit aliquod receptaculi interuallum inter inferiorem partem, & vncum ſuperiorem: niſi enim aliquod interuallum pateat, non habet morſus quaſi forcipem, vnde velut tondeat quod tranſmittat in fauces. creſcente itaque ſuperiore parte & nimis aduncata non poterit os aperire, nec aliquid capere. hoc ei facit vetuſtas. prægrauatur languore ſenectutis, & inopia comedendi langueſcit, nimis vtraque re, ætate & egeſtate accedente. itaque modo quodam naturali in menſura reparandæ quaſi iuuentutis aquila dicitur collidere & percutere ad petram ipſum quaſi labrum ſuum ſuperius, quo nimis creſcente, edendi aditus clauditur. atq; ita conterendo illud ad petram excutit, & caret prioris roſtri onere, quo cibus impediebatur: accedit ad cibum & omnia reparantur, & eſt poſt ſenectutem tanquam iuuenis aquila. redit vigor, omnium membrorum, inter plumarum gubernacula pennarum, volat excelſa ſicut antea. fit in ea quædam reſurrectio. hactenus Auguſtinus. Rabbi Dauid (a recentioribus citatus) ex Sahadia, his non diſſimilia de aquila narrat. Vincentius item in hæc verba: Aquila cum ſenecta grauatur, nubes omnes volatu ſublimi ſuperat, vnde calore ſolis, oculorum eius caligo conſumitur: & mox cũ impetu, ipſo caloris æſtu, deſcendens, aquis frigidiſſimis tertio immergitur, indeq; reſurgens ſtatim nidum petit, & inter pullos iam validos ad prędandum in qualitate frigoris & caloris quaſi quadam febri

febri correpta cum sudore quodam plumas exuit, & a pullis suis fouetur ac pascitur. donec pennas plumasq; recuperans innouatur.

Ad petram.) Nota est metaphora: quam Hieronymus in comment. Matthæi cap. 16. & Augustinus lib. 2. de Trinitate, & in Psalmum 26. atque alibi frequenter sancti patres notant; nam διὰ τὴν πίστιν Fides appellatur petra; qua etiam ratione Christus fidei auctor petra ab Apostolo vocatur. Sed & Simõ, qui fidei magister & Ecclesiæ caput à Christo constitutus fuit, ob hoc ipsũ Cephas appellatus est. Cephã enim Syri & Hebræi vel auctore Hieronymo) petrã vocant. Vide Turrianum libro 2. pro Apostolicorum Pontificum epistolis cap. 6. qui aduersus Centuriatores Magdeburgicos docte ac fuse locum hunc tractat.

Renouabitur vt Aquilæ.) Psalmo 102. vers. 5. quo loco Euthymius: Depones debilem senectam quam morbi & peccata contraxerant, ὡς ἐκεῖνος τὸ γῆρας τῆς ἑαυτῦ πτερῶν sicut ille senectam alarum. Renouaberis per pœnitentiam ὡς ἐκεῖνος διὰ τ παλιφυΐας πτερῶν sicut ille per alarum repululationem. Cum autem hæc sit frequens apud patres allegoriæ istius vsurpatio, Theodorus Heraclienſis (is enim esse creditur commentariorum illorum auctor) aliter locum huuc interpretatur; verba sunt: Οὐ τοῦτο βέλεται ἐνταῦθα ὅτι ἀνακαινίζεται ὁ ἀετός, ἐπεὶ γὰρ ἀνακαινίζεται ἐμὴ μόνον ὡς φασὶν ὁ φοῖνιξ τὸ ὄρνεον, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ ἀετὸς δοκεῖ βασιλεύειν τῆς πτερωτῶν ἁπάντων, βέλεται ἐνταῦθα, ὅτι ἡ παλαιότης ἡμῶν ἡ ἐν βαβυλῶνι ἀνακαινισθήσεται εἰς βασιλείαν αὖθις, ὥσπερ ἦμεν ποτέ. διὰ γὰρ τ ὄρνιθος τ ἀετὸν τὴν βασιλείαν αἰνίττεται. Non hoc dicit quod aquila renouetur: renouatur enim vt aiunt tantum Phœnix auis: sed quia, aquila imperare videatur omnibus volucribus, ait, senectutem nostram Babylonicã, ad regnum instauratur denuo, quemadmodum fuimus aliquando. per aquilam siquidem regnum significatur.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΓΥΠΟΣ.

Κεφάλαιον Ζ'.

ΓΥψ, ὄρνεόν ἐστι, τῇ ἡττῃ τῆς γαστρὸς τὰ ωαίτια ὑωερακοντίζον. ἔδει ἀπασίαν ἄγει τεσσαράκοντα τῷ ἡμερῶν, ἐὰν δὲ λαχὼν τύχῃ ἐδέσμασιν, ἐάσῃ λίζας τεσσαράκοντα, ἵνα ἀναπληρεῖ τὸν τῷ τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἀσιτίαν.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

ΚΑὶ σὺ, νοητὲ ἄνθρωπε, ἀπασίαν ἦγες ἡμέρας τεσσαράκοντα, ωροκρίνων τὸν τῶ κυρίω ἀνάστασιν, μὴ θέλῃς γαστριμαργίᾳ σχολάζειν, ἵνα μὴ ὑποβάλῃς τὸν τῷ τεσσαράκοντ' ἡμερῶν νηστείαν.

De vulture. Cap. VII.

VLtur cūctis auibus voracior eſt; quadraginta enim diebus cibo abſtinet, quem cum inuenit, totidem ſe ex illo libris ingurgitat, itaque quadragenariam abſtinentiam, quadragenaria ingluuie compenſat.

INTERPRETATIO.

TV igitur ſpiritualis homo qui in quadrageſimali ieiunio Dominicam reſurrectionem expectas, noli ventri fœdè indulgere, ne quadrageſimalis abſtinentiæ meritum perdas.

NOTAE.

Voracior.) Hinc porro prouerbiales illæ locutiones: Edacior vulture. Si vultur es, cadauer expecta. hiſque ſimiles. quæ in helluones, & præ nimia auaritia diuitum hæreditatum captatores vſurpantur: Martialis.

Amiſit pater vnicum Silanus:
Ceſſas mittere munera Oppiane?
Heu crudele nephas, malæque Parcæ:
Cuius vulturis erit hoc cadauer?

Qua figura Origenes etiam eſt vſus (etſi illam aquilæ ceteriſque vo lucribus quæ ex rapto viuunt æque conuenire ſcribat) homilia vij. in Leuiticum: Non manducabis (inquit) hæc quia immunda ſunt, aquilam & vulturem & his ſimilia: his etenim auibus ſemper mortuorum corporum cibus eſt, & ex mortuis cadaueribus viuunt. omnes ergo qui huiuſmodi vitam gerunt, immundi habendi ſunt. Ego puto & illos in his nominari, qui alienis imminent mortibus, & arte quadam & fraude teſtamenta ſubijciunt. huiuſmodi enim homines vultures & aquilæ merito appellantur, velut mortuorum cadaueribus inhiantes. Hactenus Origenes.

Quadraginta diebus.) nō legi proprietatis huius auctorem: niſi placeat (quod nonnulli pro-

bant) vulturem eumdem esse cum gypæto, quod genus est aquilæ. Etenim Gypætũ (quem solum ex aquilis, cadaueribus vesci testatur Aristoteles) multis diebus ieiunare scribunt: cæterũ illa est vulturis proprietas & sacris & prophanis scriptoribus frequentissima, quod ex vento absq; maris concubitu vultures fœminę cõcipere existimẽtur: cuius ex Græcis Basilius, ex Latinis Ambrosius in cõmentarijs Hexaemeri meminerũt. Hinc Valentiniani (auctore Irenæo, & Tertulliano) imaginarios quosdam Sophię cõcubitus argumẽtabantur: sacri vero auctores conceptionis Deiparæ virginis puritatem conijciunt. Basilius dicto loco: & illo antiquior Origenes cõtra Celsum: Præterea (ait) dicendum ad Græcos non credentes IESVM natum de Virgine, mundi opificem in animantum genitura tam varia, satis declarasse, potuisse si libuisset, in vno quoque animali, quod in alijs fecerit, atq; etiam in homine facere. reperiuntur aũt inter animantes quædam fœminæ quæ maris congressum prorsus nesciunt, sicut produnt de vulturibus ij qui scripserunt de naturis animalium, nihilominus hoc animal perpetuat successionem sui generis. Quid igitur mirum si volens Deus diuinum quendam magistrum generi hominum mittere, fecit, vt vice seminationis quæ fit ex congressu maris & fœminæ, alia quadam ratione consuleretur futuro partui? hactenus ille. Sed & Cyrillus Alexandrinus in Iambis nondum vulgatis (quos nos ab eodem illo naturæ miraculo Guilielmo Sirleto habuimus) πρὸς ζώων ἰδιότητος ad Sergium in eamdem sententiam scripsit:

Τίς ἀπόρῳ τοὺς γῦπας ἐξάγει τόκῳ,
Θήλυος παρ' ἀνδρὸς ἐκτὸς ἁρπεσθείς,
Οἱ τὸν καθ' ἡμᾶς πυρφοροῦσαν παρθένον
Δεικνῦντες ἀντίτυπον, ὡς ἐφικτὸν ὀργάνοις;
Εὖ γὰρ οἶμαι τὸ τοσοῦτον θαῦμα τοῦ
Ἔχειν ἀμυδρὰς ἐμφάσεις.

Quæ nos verbum verbo omnino reddentes, seruata tamen metri lege, sic vertimus.

Quis vultures educit absque femine,
Partu, marito, non subacta fœmina,
Perlucidam nostram exhibentes Virginem
Ipsam, vt volucribus licet? nam oportuit
Miraculi obscuras habere imagines
(Vt credo) tanti.

Ne quadrageſimalis.) Eadem esse videtur celebris illius homiliæ hypothesis, qua magnus Basilius populum suum à nimijs commessationibus, quibus die Paschatis

chatis, ieiunio transacto indulgebat, dehortatur: titulus est χατ' μῆθον τῶν quod Volaterranus habita ratione totius argumenti φιλοσοφικῶς reddidit: In ebrietatem & luxum quibus die Paschæ populum affectum vidit. In ea autem plena est energiæ sententia illa, nec à nostro proposito aliena: μία ἐσπέρα καὶ μία προσβολὴ τὸ ἔχθρου πάντα ὁ πόνον ἐκεῖνον διέλυσε καὶ ἠφάνισε. Vesper vnus, impetus inimici vnus, omnem præteritum laborem prodit atque diruit. eodem interprete.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΛΕΚΑΝΟΣ.

Κεφάλαιον Η'.

Σπηδὼν ἀετῶν φιλότεκνον ὄρνεον ὧδε πάντα τὰ ὄρνεα. ὁ δὲ θήλεα καθίζει ἐν τῇ νεοττιᾷ, φυλάσσουσα τὰ τέκνα, καὶ ὠδινθάλως ἀυτὰ ἀπαζομένη, καὶ πολαφίζουσα ἐν φιλήμασι, ὁπὰς ταῖς πλευραῖς κατεργάζεται, καὶ τρυπῶσι. καὶ μὺ ἡμέρας,

ρας ζῆς, ὧδε γλυμμένου τὸ ἄρρενος πελεκᾶνος, καὶ διείσοντος ἀυτὰ τεθνηκότα, ὀλοφύρεται, τιλὼ καρδίαν, λίαν. πεπληγμένος δὲ τ πόνε, κολαφίζῃ τ ἰδίαν πλευρὰν, καὶ ὁπὰς ἀυτῇ ἐμποιεῖ, καὶ καταῤῥεῖ αἷμα, ὑπισάζων ὅπὶ τὰς πληγὰς τ τεθνηκότων νεοσσῶν, καὶ ὕτως ζωοποιοῦνται.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ο ὕτω καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς, λόγχῃ τ πλευρὰν ἀυτὸ ἠνοιξε, καὶ διὰ θέως ἐξῆλθεν αἷμα, καὶ ὕδωρ ἐπίσαξεν. τὸ αἷμα ὅπὶ τοῖς τεθνηκότας νεοσσοὺς, τυτέστι τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν, καὶ τοὺς λοιποὺς προφήτας, & ὅπὶ πάντας τὲς θανόντας, καὶ ἐφώπισε τ οἰκουμένην, & ἐζωοπίησεν ἀυτοῖς διὰ τῆς ζημίας τ ταφῆς, καὶ ἐγέρσεως ἀυτ. διὰ τὸ γάλησε διὰ τ προφήτε, ὡμοιώθη πελεκᾶνι ἐρημικῷ.

De Pelecano. Cap. VIII.

PRÆ omnibus volucribus pelecanus prolis eſt amans. fœmina nido incubat, pullos ſuos cuſtodiens, ipſosq; fouet complectiturque & nimijs oſculis ſauciat; perforat itaque illorum latera, & illi moriuntur. poſt tres vero dies accedit mas pelecanus, & mortuos inuenit pullos, & valde angitur, doloreque impulſus proprium latus percutit, ac terebrat, emanatque ſanguis, quem ſuper mortuorum pullorum vulnera inſtillat, qui ſic vitæ reſtituuntur.

INTERPRETATIO.

SIc Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cuius latus lancea aperuit, continuoque ſanguis & aqua exiuit, ſuper mortuos filios hoc eſt Adamum & Euam cæterosque prophetas & ſuper omnes mortuos ſanguinem ſuum fudit

vni

vniuersumque mundum illuminauit, & per triduanā se pulturam ac resurrectionem suam ad vitam illos reduxit. quapropter per Prophetam dixit: Similis factus sum Pelecano solitudinis.

NOTAE.

Pelecanus.) Hunc Plinius Plateam, Cicero Plataleam, Hieronymus & Eucherius Onocrotalum vocant, pietatis autem in filios, AEgyptijs theologis symbolum fuit; cuius rei causa ex Horo colligitur, qui circa illarum venationem ita ferme scripsit; Pelecanus nidificat in scrobe in terra, quod non ignorantes aucupes, bubulo stercore locum circumlinunt, ignemque succendunt: ea vero fumum aspiciens aggreditur ignem alis extinguere, verumtamen ei tantum abest ad extinguendum astutia, vt magis magisque sua tanquam ventilatione incendat, idcircoque alis exustis capiatur. Aelianus autem ea ratione hunc Pelecanorum aduersus filios amorem coniectat, quòd (idque & Herodios etiam facere ait) cum aliun de cibus non suppetit, esculenta quæ prius ederant euomant, & in educandos fœtus conuertant, pullisque imperitis ad volandum duces sint. lib. 3. Historiæ cap. xxij. Sed horum in Aristotele nulla pene mentio: frequentior vero de Pelecanis ἐν τοῖς ποταμοῖς γνομένοις ideſt fluuiatilibus, tam in loco περὶ θαυμασίων ἀκεσμάτων quā περὶ ζώων ἱστορίας vbi docet, quo modo solidas conchas deuorent, quas calore concoctas, ob idque dehiscentes euomant, & carnem testis abiectis edant. Simile quid est apud Cyrillum in Iambis.

Τίς Πελεκάνων αὐτὶ λόγχης τὸ στόμα
Ξένοις διωρχάνωσε μακροκοντίοις,
Καὶ χάσμα τέτοις ἐξανοῖγε παμφόρον,
Πρὸς τὰς ἀπλήστους ἁρπαγὰς τῆς ἰχθύων;

Quæ sic forsan reddi possunt.

Quis platearum rostrum lanceæ in modum,
Aptauit externis longisque hastilibus;
Voraginem istisq; omniuoram pepandit, ad
Raptus inexpletos haud vnquam piscium?

Perforat itaq;) à serpentibus Pelecanorum filios occidi, & parentum sanguine viuificari auctor est Hieronymus

ronymus, siue epistolæ ad Præsidium auctor. Ab Isidoro cap. de Auibus, in hunc modum hac de re agitur: Fertur, si verum est, Pelecanum occidere natos suos, eosque per triduum lugere, deinde se ipsam vulnerare, & aspersione sui sanguinis viuificare filios. eadem fere sunt apud Augustinum. in commentario psalmo 101. & Greg. super psal. V. Pœnitential. Ex Alberto autem idem fere colligitur, nisi quod à filijs prouocatos parentes, quos illi mox, vt adolescunt, in faciem percutiunt, impatientes iniuriæ colaphis rostrorum cædi, & interfici dicit. quibus addit, post sanguinis effusionem adeo debilitari Pelecanum, vt de nido exire non valeat, & pulli pro sua. ac parentis cibatione euolare cogantur. Verum horum quidam propter ignauiam aut impietatem in parentem, exire nolunt, & pereunt, quidam autem se ipsos quidem pascunt, parentem vero penitus negligunt; qui vt conualet, pios filios nutrit, impios vero abijcit, & contemnit. Sed isti hæc (vt & ipse Albertus agnoscit) nullo aut experimẽto, aut veteri probato testimonio affirmari possunt. quare verius puto, hanc Pelecani figuram rostro pectus sauciantem ac supra pullos sanguinem instillantem, pro arbitrio pictorum hucusq; nobis exhibitam, nec vllam huiusce naturæ auem vsquam esse: parumque ex Aeliani loco de pietate eiusdem auis in filios, parim ex Horo, qui vulturem scripsit femora sauciare, & ex fluenti sanguine pullos pascere, hoc omne fuisse effictũ. quod & Hebræorũ sententia comprobatur, qui fatentur ingenue, nescire se quæ auis sit Pelecanus. At liberum esto. quid enim impediamus. & inuentis pro libito vti, & noua (si cui placuerit) etiam addere?

Sic Dominus.) Nulla est in suggestis anagogia hac frequẽtior. in excusis autem homiliarijs tertio quoque verbo; quin & in ipsis templorum, suburbium ac rusticanorum prædiorum parietibus, post Christum crucifixum, Pelecano proximus datur locus, vt notissimæ scilicet redemptionis nostræ admonitioni. Bene quidem: Christo enim Saluatori mirifice prædicta huius auis natura conuenit nec multum interest, si de illius veritate dubitetur. Augustinus post Hieronymum tropologiam omnem elegantèr & si cum præfatione semper vti virum scientissimum decebat, illustrauit. Sed quo modo congruat Christo (inter alia ait) quod ipsa parens Pelecanus occidat filios suos? An & illi non congruit. Ego occidam, & ego viuificabo; ego percutiam, & ego sanabo? An vero Saulus persequutor moreretur, nisi de cœlo percuteretur? Aut prædicator excitaretur nisi illius sanguine viuificaretur? Et Michaelus Glyca cum de huius auis pietate in sobolem agit, & ferè, quæ dixímus

ximus adferat, ita ad Christum illam comparat. Etenim Pelecanus est ipse Christus; nidus, paradisus, pulli; primum conditi homines, serpēs insidiator, ipse Diabolus; virus serpentis, fraus diaboli; mors, à Deo direptio atque separatio: paterna affectio, Dei verbi facta nostrum causa naturæ humanæ assumptio; alarum supra pullos expansio, Christi super conditos illos primum homines in crucem sublatio; laterum pulsatio, diuini lateris punctio, quam sequuta est sanguinis vitæ fontem continentis destillatio.

Ad vitam illos reduxit.) Paulus ad Hebræos 10. eleganter explicuit, quis fuerit passionis Christi effectus; nam etsi sancti illi antiqui patres in fide venturi Christi, iustitiæq. operibus æternam salutem meruissent, tamen quo minus illam adipiscerentur, commune naturę peccatum obstabat. hoc itaq. sanguine, & passione Christi remotum est, post cuius sacrosanctam resurrectionem cæli aditus patuit; hæc enim est illa fiducia, quam in introitu sanctorum in sanguine Christi habere nos dicto loco iubet Apostolus. Videndus Thomas 3. parte quæst. 48. & 49.

Similis factus sum Pelicano.) Psalmo 101. versu. 7. quem tamen locū de mœrore amaritudineq. afflicti hominis, aut ob nimiam peccati pœnitentiam contriti, cui grauis ac molestus sit strepitus turbæ, publicique conspectus frequentia, vt plurimum interpretantur auctores. ferunt enim aues has in desolationibus, locis deuastatis, ac saltubus auijs habitare. Arnobius: Factus sum sicut Pelicanus, auis illa quæ non habitat nisi in desertis, habens escas veneno eremi & incultis amaritudinibus plenas.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΡΔΙΚΟΣ.

Κεφάλαιον Θ'.

Ἔστιν ἡ πέρδιξ πολύτεκνος, νεοσσοποιησαμένη δὲ πολλάκις ἡ θῆλυς, κὴ γυναῖκα τὰ ὠὰ καθ' ἑκάστην, κὴ οὐκ ἀρκεῖ αὐτῇ τῆς ἰδίας γαστρὸς ὁ τόκος, ἀλλὰ πλέπουσα τὰ ὠὰ τῆ ἀλλοτρίων, φέρει αὐτὰ ἐπὶ τὴν νεοσσιὰν αὐτῆς.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ οὖν νοητὲ ἄνθρωπε, ὅταν πολλὰς ἐπιθυμίας ποιήσῃς, μὴ ἀρκέσωσί σοι, ἀλλὰ δράμε εἰς ἑτέρας ἐντολάς, κὴ πλήθυνον σφόδρα τὴν νεοσσιάν σου, τουτέστι ἅγνισον τὴν καρδίαν σου, κὴ συλλήρυνον λίαν σε κὴ τῆ ἐναντίων δυνάμεων.

De

De Perdice Cap. IX.

PErdix prolis fœcũda eſt. conſtructo enim nido ſingulis diebus oua parit. nec vero proprij ventris ſufficit illi fœtus, verum aliarum auium diſcurrens ſuffuratur oua, & ad nidum ſuum illa defert.

INTERPRETATIO.

SIc tu ſpiritualis homo ſi multas feceris eleemoſynas, ne tibi ſatis eſſe putes, ſed ad alia præcepta feſtina, & nidum tuum abunde imple, hoc eſt cor tuum expia, & te aduerſus contrarias poteſtates valde muni.

NOTAE.

Prolis fœcunda.) Clearchus apud Athenæum quendam refert duos perdices in Anaphen (ea eſt Cretici maris insula, hodie Namphio dicta) inuexiſſe, ex quibus tanta perdicũ vis enata eſt, vt incolæ de inſula, relinquẽda periclitarentur. harum autem auium fœcunditatis illam rationem adduxit philoſophus in libris περὶ τῶν ζώων ἡδύτητος quod videlicet excrementis abundent, ob idque minus ſint volaces, at ſalaces plurimum, & quæ coitu & partu alias ſuperent: Καὶ τίκτει τῶν τοιούτων τὰ μὲν πολλὰ τὰ δὲ πολλάκις. πολλὰ μὲν οἷον ἀλεκτορίδες, καὶ πέρδιξ, καὶ τρυγὼν ὁ λιβυκός. Et pariunt ex his aliæ complura, aliæ ſæpe. complura, gallina, perdix, ſtruthio Libycus.

Singulis diebus oua pariunt.) Aelianus lib. 3. cap. 15. Septem diebus nidũ conſtruũt, ſeptem dies conſumunt in pariendo ſeptem pullos nutricantur. Gillio interprete.

Suffurantur.) Ad hunc maxime locum ſpectant Hieremiæ, Prophetæ cap. xvij. verba illa: Clamauit perdix

perdix, incubauit quæ non peperit, fecit diuitias & non in iudicio, in dimidio dierum suorum derelinquet eas & in nouissimo suo erit insipiens. Vbi Hebræi interpretes hanc ipsam de perdice proprietatem narrant. Hieronymus: Perdix aliena oua calefacit, si propria furto amiserit, sed cum creuerunt in nidis pulli, euolant, & ad parentes suos redeunt, mentitum omittentes. Eadem sunt apud Ambrosium commentarijs Hexaemeri, & fere apud Aug. contra Faustum lib. 13. Isidorus vero Originum 12. cap. 7. sic ait; Perdix adeo fraudulenta est, vt alteri oua diripiens foueat: fraus fructum non habet; denique dum pulli vocem propriæ genitricis audierint, naturali quodam instinctu hanc quæ eos fouit, relinquunt, & ad eandem quæ genuit reuertuntur.

Sic in Spiritualis homo.) Contra Origenis doctrinam ad perdicis exemplum pium hominē hoc loco efformauit Epiphanius; nam ille Homilia 4. in Hieremiam quærit an in bonam vel in malam partem intelligentiam perdicis referre debeamus, & cum de malignitate, fraude, obscænaq. huius auis libidine plura scribat, tandem concludit: Si igitur malignum, si immundum, si dolosum hoc animal est, impiū videtur ad meliorem partē huius referre nomen, & ad Saluatoris nostri Iesu Christi intelligentiam temperare. magis autem conuenit mala Zabulo adiungere, & super aduersario lectionē intelligere præsentem, &c. post quæ Diabolo atque eius ministris Valentino, Basilidi, & Marcioni perdicis proprietatem conuenire late probat; sed & philastrius in præfatione libri de hæresibus sic ait. De Hereseon diuersa pestilentia, varijsque erroribus, qui ab origine mundi emersetint & sub Iudæis deflexerint, & ex quo venit Dominus noster Iesus Saluator in carne pullulauerint, dicere oportet, numerumq. eorum paulatim exponere, inimicumq. humani generis perdici fuisse à Hieremia propheta non immerito comparatum agnoscere, qui cum infœcunditatem patiatur, sæpius aliorum furtim fœtus incubans, quasi suos iam fouet ac vindicat filios, vsque ad tempus aliquod, cumq. eis iam tempus ætatis discernens accreuerit, tunc amissis falsis parentibus, iura parentum sensu proprio recordantes, palamque oculis intuentes, sequi eos amplius nō demorantur: quorum causa nobis similitudo hæc denunciata est, quod diabolo relicto impietatis causa, eius qui orbem terrarum, sua sub ditione cum tenere putaret: postquam vero Christo parente à nobis viso ac recognito, omissa falsitate parentis mendacissimi, iam veri parentis Christi vestigia sequi omnis homo non moratur, agnoscens quotidie per

ænig-

ænigma: compleri enim cognoscimus, prophetiam Hieremiæ beatissimi ita dicentem; clamauit perdix collegit quæ non parturijt, faciens sibi diuitias non cum sapientia, in medio dierum derelinquet eum, & in postremo erit insipiens. Hactenus Philastrius.

(Contrarias potestates.) Prauos spiritus intelligit. quos eodē nomine significauit Paulus, gloriosos resurgentis Christi triumphos describens. cap. 2. ad Colossenses ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτὸς ἐν αὐτῷ. Spolians principatus & potestates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in semetipso.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΡΥΓΟΝΟΣ.

Κεφάλαιον Ι'.

Σπὴ ζυγὸν φίλανδρον ὄρνεον ᾠδὰ πάντα τὰ περὶ νὰ, καὶ πορεύονται ἀμφότεροι ἄῤῥεν καὶ θῆλυ καὶ νεοσσοποιοῦσιν, ἀποζευχθέντων δὲ αὐτῶν, φυλάσσουσι τὴν μονογαμίαν ἕως τέλους τῆς ζωῆς αὐτῶν.

ΕΡΜΗ-

EPMHNEIA.

Καὶ σὺ οὖν νοητὲ ἄνθρωπε ὅταν πλησθῇς ἀνομιῶν. καὶ δόξῃ σοι καιρὸς τοῦ μετανοῆσαι, ἀπόβαλλε τὰ κακουργεῖν, καὶ μὴ πρόσπεσης εἰς ἕτερον ῥῦπον τετέσιν εἰς ἑτέραν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ φύλασσε τὴν μονογαμίαν σου, τετέστι τὸν ὅρον τῆς γυναικός σου, ἵνα εὕρῃς μονὴν ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ.

De turture Cap. X.

INter omnes aues, coniugis amans est turtur. mas & fœmina vnà volant, pulloſque procreant: ſi verò morte ſeparantur, ad finem vſque vitæ viduitatem cuſtodiunt.

INTERPRETATIO.

SIc tu ſpiritualis homo cum peccatis onuſtus, tempus eſſe pœnitendi iudicaueris, abijce praua opera nec nouis te ſordibus ideſt peccatis implices; ſed vnico coniugio contentus eſto, videlicet intra proprij tori limites te contine; vt in ſecundo aduentu manſionem inuenias.

NOTAE.

viduitatem cuſtodiunt.) Coniugalem turturum caſtitatem Aelianus commemorat: ſed & Ariſtoteles hanc illis eſſe cum columbis (nam & τρυγόνα genus eſſe ἑτέρων ex eodem philoſopho voluit Athenæus) communem proprietatem ſcripſit. Iſidorus inter pudicas aues connumerat: Albertus de his loquens; Poſt primum (inquit) coniugem ſecundum neſciunt

neſciunt. Cyrillus vero in Iambis, de Porphyrione agens:

Πόθεν ἡ δισσὰς ὥσπερ ἡ τρυγὼν γάμους
Τοὺς Πορφυρίωνος φύσις βδελυττεται;
Ος κἂν πυρ' ἡμῖν ἐσκόπησε μαχλάδα
Λιμῷ τὸ σῶμα πήκτει τεθλιμμένος,
Θέλγων δὲ πόρνῃ μηδὲ τὴν θέαν ἔχειν
Λάλῳ σιωπῇ σωφρονίζει τὸν βίον.

quæ (carminis non habita ratione) ita ſonant.

Qui à duplicibus quemadmodum turtur nuptijs
Porphyrionis abhoret natura?
Qui ſi quando apud nos ſcortum viderit,
Inedia corpus macerans, tabeſcit.
Seque luſtrat, vt ne viſum meretricium habeat.
Loquaci ſilentio modeſtam inſtituit vitam.

Porro (vt hoc obiter) de eximia Porphyrionis (is eſt quem Hiſpani Calamòn vocamus, corrupta vulgo vt arbitror voce, cum potius Thalamòn à thalami cuſtodia, vt & putat Hermolaus, dici debeat) caſtitate, qui viſo vel adulterio, vel ipſo tantum adultero, aut inedia, vt ait Cyrillus, aut ſuſpendio vitam finit, plurima apud Oppianum, Athenæum, & AElianum lector deprehendet. His vero quæ de turture diximus, & ſanctus Bernardus & recentiores, illud addunt, in ſiccis ac trūcis ramalibus turturem amiſſo compari inſidere, & limpidam aquam ad potum turbidare.

Intra proprij tori limites te contine.) Sic Baſilius Magnus homilia 8. in Hexaemeron, & in oratione de intemperantia, & incōtinentia; Turturem (ait) ſi quando à coniuge diſiunctus fuerit, numquam cum alio inire in poſterum ſocietatem dicunt: ſed cœlibem ſine coniugio manere, alterius ſocietatem euitando, cum ſuperioris coniugis memoriā habeat. Quid ergo eſſe poteſt nobis infelicius? qui non ſolum coniugibus noſtris ſimilem amorē non exhibemus, ſed contra Domini præceptum, erecta ceruice, ſcintillātibus oculis, fucato & ementito colore vultus incedimus, &c. Eadem fere ſunt apud Baſilij fratrem Gregorium, in comment. in cantica. cap. 2. & apud Origenē, & Gregorium Magnum, dicto loco, Cyrillum in Leuiticum lib. 2. Hieronymum aduerſus Iouinianum lib. 1. Auguſtinum lib. 16. ciuitatis cap. 24. Nazianzenus autem in præceptis ad virgines, ex interpretatione Billij:

Vt semel est dulci turtur viduata marito
Extractum gemit assidue luctuque requirit.
O vere apiens volucris: mortalibus autem
Quantos virginitas tandem prestare putanda est?

Sed & Michaelus Glyca annalium parte prima totum fere Basilij locum exscripsit. Tradunt (ait) turturem à compari se iunctam, ob coniugis prioris memoriam nullius alterius societatem admittere; Dictum hoc mulieribus esto; vitæ nimirum puritatem ab ipsis etiã brutis animantibus indecoræ plurium nuptiarum appetitioni præferri.

In secundo aduentu.) Videlicet Domini nostri Iesu Christi: hoc est censorio die, frequens enim est sacris auctoribus hæc dicẽdi phrasis. Nazianzenus in apologia cur in pontum fugerit, difficile aiebat esse verba commode facere de religionis nostræ mysterijs, id est de typis, de veritate, de testamentis, καὶ χρίστου παρουσίας πρώτης τε καὶ δευτέρας. de Christi primo & secundo aduentu. Hyppolitus in oratione de consummatione mundi Ab scripturis (ait (duplicem aduentum Christi ac Saluatoris nostri discimus. prior quidem secundũ carnem abiectus fuit, eo quod ille humilis apparuerit. posterior prædicatus est glorioſus, quoniam veniet è cælis cum potentia, cum angelis, & gloria Patris.

Mansionem inuenias.) Græcè δ' ἐν μονῇ. qua voce electorum sors & beatitudinis discrimina à sanctis patribus declarantur. vt ex Ioannis illo. Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν. Vide insignem Basilij locum in libro περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. cap. 16. quem citat & illustrat Anastasius Nicænus quæstione 84. in scripturam.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΦΟΙΝΙΚΟΣ.

Κεφάλαιον ΙΑ'.

Οἶνιξ τὸ ταῶνος ὡραιότερα ὑπάρχει. ὁ ταὼν γὰρ χρυσίῳ, καὶ ἀργυρίῳ κεκαλλωπισμένας τὰς πτέρυγας κέκτηται. ἡ δὲ φοῖνιξ, ὑακίνθου σμαράγδου, καὶ λίθων πολυτελῶν. παῤῥαν γὰρ φέρει ὀπίσω τῆς κεφαλῆς, καὶ σφύρας κατέχει ὀπίσω τοῖς ποσὶν αὐτῆς. ἡ φοῖνιξ τῆς ἰνδίας ἐγγὺς κοιτάζεται, καὶ ἀμφὶ τὰ πεντακόσια ἔτη, τὸ βίον διάγει εἰς τὰς κέδρους τοῦ λιβάνου ἄβροτος, καὶ ἄποτος, βρέφος γὰρ οὐκ ἀναδίδωσι. καὶ μετὰ τὰ πεντακόσια ἔτη αἰαμένας ἐμποιεῖ τὰς πτέρυγας αἱ τῆς ἀρωμάτων, καὶ ὅταν σημανῇ ὁ ἱερεὺς τῆς ἡλιουπόλεως, ἐρχεται ἐκ τοῦ ἰδίου τόπου, καὶ πορεύεται πρὸς τὰ ἱερεῖα, καὶ εἰσερχομένη εἰς τὸν ναὸν μετὰ τὸν ἱερέως, εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ πάντα τὰ μέλη αὐτοῦ ἀποδίδωσι γίνεσθαι. τῇ δὲ ὀπούσῃ ἡμέρᾳ θείσῃ αὐτῷ περιχρισθέντα οὖσαν. τῇ

ζίτη δὲ ἡμέρα αἰαπεπλησμένη πτερύγων ἀσπάζεται τὴ ἱερέα, καὶ αὐτὰ καινιζομένη ἀπέρχεται πάλιν εἰς τὴ ἴδιον τόπον.

EPMHNEIA.

ΚΑὶ πῶς οὖν οἱ παράνομοι Ἰουδαῖοι ἠπίστησαν τὴ τριήμερον ἀνάστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ἐπείπερ τὸ ὄρνεον δι' ἡμερῶν ἐζωπυρήθη; ὁ δὲ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς πῶς οὐκ ἐδυνάτο ἐγεῖραι αὐτὸ ἐκ νεκρῶν; διὰ τοῦτο ἔλιπεν ὁ θεοφίτης. δίκαιος, ὡς φοῖνιξ, ἀνθήσει.

De Phœnice. Cap. XI.

PHœnix auis pauone pulchrior est: pauo enim aureas argenteasque habet alas, phœnix vero hyacinthinas, & smaragdinas, pretioso rumque lapidum coloribus distinctas. coronam autem habet in capite & in pedibus malleolos. Prope Indiam degit, viuit autem annos quingentos, & in cedris Libani absque cibo & potu, vento pascitur. at post quingentos annos alas aromatibus implet, & cum Heliopoleos sacerdos sacrificia inchoat, e proprio egreditur nido, & ad sacerdotem pergit, vnaq. templum ingreditur vsque ad sacrarium, & in cinerem tota consumitur. sequenti autem die alis renatis reperitur, tertia vero die iam integra sacerdotem salutat, restaurataq. iterum ad proprium locum redit.

INTERPRETATIO.

CVr igitur Iudæi iniqui, Domini nostri Iesu Christi tridunam resurrectionem non crediderunt, cum auis trium dierum spatio ipsa se suscitet? aut quo modo seipsum

seipsum a mortuis suscitare non potuit, cum de illo dixerit Propheta: Iustus vt Phœnix florebit?

NOTAE.

Pauone Pulchrior.) Philostratus (vt ait Ioan. Tzetzes) phœnicem etiam cum pauone comparauit. Philostratus (ait) in vita Apollonij phœnicem auem per omnem vitam vnicam scribit, quæ pauone formosior sit, & maior citra collationem, & auri colore splendidior. Lactantius autem, siue carminis illius de Phœnice auctor.

Effigies inter pauonis mista figuram
Cernitur, & missam Phasidis inter auem.

Albertus pauonis caput phœnici tribuit.

Phœnix iacinthinas & smaragdinas.) Elegantissima quidem est apud eũ dem Lactantium istius auis descriptio, ab illo versu: *Principio color est*, &c. quam quod longiuscula sit, hic non subijciã, apud Plinium sic legimus; Aethiopes, atq· Indi discolores maximè & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabiæ phœnicem, haud scio an fabulose, vnum in toto orbe, nec visum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa collum, cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem caput q. plumeo apice cohonestante. Tacitus Annal lib. 6. Fabio & lucio Vitellio coss. ideſt ab. v. c. 787. in Ægyptum phœnicem venisse refert. eumque luculenter describit & totius proprietatis meminit.

Viuit annos quingentos.) Varij sunt auctores in explicanda phœnicis vitæ periodo. Plinius sexcentos sexaginta annos viuere, ait: Solinus quingentos quadraginta: Philostratus (teste Volaterrano lib. 25. Philologiæ) sexcentos: Rex Aethiopiæ in epistola ad Romanum Pontificem trecentos tantum: Herodotus, Tacitus, Orus, S. Aurelius Victor, Ouidius, Aelianus, Albertus, recentiores q. de quingentis consentiunt: alij eodem Tacito auctore mille quadringẽtos sexaginta vnum. at Ioan. Tzetzes ne parcus erga Phœnicem videretur ex Chæremone Aegyptio sacrarum litterarum scriba sex & septem millibus annis viuere illum (fides penes auctorem sit) constanter affirmat.

Absque cibo & potu vento pascitur.) Plinius: Neminē aiunt extitisse qui viderit vescentem: Ouidius.

nec fruge nec herbis,
Sed thuris lachrimis & succo viuit amomi.

Heliopoleos sacerdos.) Heliopolis Aegypti vrbs est, quam solis vrbem vocat Plinius; hodie Bethsemes appellari in eandem significationem voce composita auctor est Ortelius. Porro totam auis huius historiam ab unde ex præcitatis auctoribus discres: et si illi non multum inter se consentiant, in sola videlicet conflagratione, nouaque Phœnicis in stauratione conformes. Libet autem Alcimi Auiti Viennensis archiepiscopi non inuenustum quidem, vt ætas illa ferebat, de Phœnice carmen subijcere, quod tale est.

Hic quæ donari mentitur fama Sabæis
Cynnama nascuntur, viuax quæ colligitales,
Natali cum fine perit; nidoq. perusto
Succedens sibimet quæsita morte resurgit;
Nec contenta suo tantum semel ordine nasci,
Longa veternosi renouatur corporis ætas,
Incensamque leuant incendia crebra senectam.

Sequenti autem die.) Albertus: Ignis vi in cinerem vertitur, die altero vermem aiunt in cinere nasci, qui alis die tertia assumptis intra paucos dies in auem pristinæ figuræ commutatur & auolat.

Restaurata.) Aristides de Smyrna beneficio M. Aurelij imperatoris reædificata: ἡ πόλις ἀνερρύη πᾶσι μεταβαλοῦσα ἡλικίαν ἢ ὧπερ παλαιά τε καὶ νέα γεγομένη ὥσπερ ὁ φοίνιξ ἀναζώσεως λόγος ἀυτὸν ἐξ ἀυτοῦ, ideſt, Repullulat ciuitas deposito senio vetus eadē & noua: quemadmodū dicūt Phœnicem ex se ipsa reuiuiscere: atq. alibi de eadem γέροντι ὃ παλαιοτάτη καὶ νεωτάτη ἡ αὐτὴ ἑαυτῇ ἀνεστοιχειώσατο καθάπερ ὁ ὄρνις φασὶ τὸ ἱερὸν, ideſt, eadem vrbs & antiquissima & nouissima, iuuenta assumpta, facta est, quod de sacra aue aiunt.

Ad proprium locum redit.) Artemidorus lib. de insomnijs cap. 49. atque alij etiam locum ex quo Phœnix euolet in Aegyptum & ad quem mox reuerttaur ignorari aiunt. Artemidorū autē transcripsit Suidas in verbo φοῖνιξ.

Cur

Curigitur Judei.) Clemens Romanus lib 5. Constitution: totam Phœnicis historiam narrat, eaque aduersus Stoicos vtitur ad vniuersæ carnis exsurrectionem probandam. concludit enim (doctissimo illo æternæ memoriæ sene Franciſco Turriano interprete) Si ergo (vt ipsi aiunt) in aue rationis experte resurrectio apparet, quid nostra calumniantur? Clementem ad idem citat Cyrillus catechis. 18. de Resurrectione. Tertullianus vero hac de re agens: Accipe (ait) plenissimum atque firmissimum huius spei specimen, illum dico alitem Orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum qui semet ipsum lubenter funerans, renouat, natali fine decedēs atque succedens iterum Phœnix: Vbi iam nemo, iterum ipse: qui non iam alius, idem. Quid expressius atque signatius in hanc causam? aut cui alij rei tale documentum? Sed & Epiphanius noster in Ancorato eisdem pene verbis quibus hic vtitur, huius auis naturam descripsit, & similiter Resurrectionem ex ea probat. Sanctus item Ambrosius libro de fide resurrect. & in 5. Hexameron, eodem argumento vtitur. Aeneas item Platonicus ad idem: Præterea (ait) & Phœnix auis vltra quingentos annos viuere dicitur. Ea vero vbi fuerit mortua & resoluta viuere putatur. Succurrit multitudo animantium, quæ ex corruptione cepere principium. Nazianzenus autem in præceptis ad virgines. pij animi qui pœnitentia doloreq. mortificatus, per gratiā itera reuiuiscit, phœnicē symbolum fecit. Idemque in Oratione vltima de Spiritu sancto, aduersus Arianos Eunomianosque hac simili tudine Trinitatis mysterium explicat. Ambrosius Psalm. 118. Gyprianus & Rufinus in symbolo ad probandum Christi ex Virgine sine virili semine natiuitatem, idem exemplum adducunt, Pythagorici in μετεμψυχώσεως suæ fidem adhibent: quo spectat tota illa apud Ouidium auis huius ecphrasis.

Iustus vt phœnix florebit.) Psalmo. 91. vers. 12. vbi latinus interpres recte (Palma) reddidit. φοίνικα enim sunt: vtrumque autem translate dicitur ἀπὸ φοινίκου χρώματος Etenim (vt ait Gellius) palmæ arbores fructus non admodum calore concocti, spadicei vel phœnicei ideſt rubei & quasi sanguinei sunt, ipsa vero auis quia hoc colore est, ita vocatur, Plinio & Isidoro auctoribus. Lactantius autem ab ipsa aue arborem denominat, quod non probo. Tertullianus supra citatus in libro de Resurrectione eundem ex Dauide locum allegat, & (Phœnix) vertit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΑΩΝΟΣ.

Κεφάλαιον ΙΒ'.

ΕΣτιν ὁ ταὼς τερπόμβριον ὄρνεον ὥδε πάντα τὰ πτηνά. ἔστι δὲ μορφόχροος, καὶ πτερύγων ὡραιῶν. ὅθεν παῦ γὰρ ὁρᾷ αὐτὴ τερπόμβριον, ἐγκεκυφεῖαν δὲ ἔχων τὴ κεφαλὴν ἐπιβλέπει. ὅταν δὲ ἴδῃ τοὺς πόδας αὐτῆ, φωνεῖ ἀγρίως, ἀπτοὺς ἀπομοίως ἔχειν ὡρὸς τὸ λοιπὸν μέρος τῦ σώματος φάσκων.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

ΚΑὶ σὺ οὖν νοητὲ ἄνθρωπε, ὁρῶν τὰς ἐντολάς σου, καὶ τὰ ἀγαθά σου, τέρπου, καὶ ἀγάλλου, ὅταν δὲ ἴδῃς τοὺς πόδας σου, τὰ ἁμαρτήματά σου, φώνησον, καὶ κλαῦσον ὡρὸς τὴ θεὸν, καὶ μίσησον τὴ ἁμαρτίαν, ὥσπερ ὁ ταὼς τοὺς πόδας, ἵνα δίκαιος τῷ νυμφίῳ φανῇς.

De

De Pauone Cap. XII.

PAuo inter omnes volucres auis est iactabunda. corporis enim forma atque alis pulcher est. Cum ambulat, se ipse lætitia exultans intuetur, demittit vero caput, & in terram oculos coniicit: cum autem suos conspicit pedes, grauiter vociferatur, scilicet quod illi cæteris corporis sui partibus non respondeant.

INTERPRETATIO.

TV igitur spiritualis homo precepta & bona tua videns delectare, & exulta: cum vero pedes ideſt peccata aspexeris, vociferare, & coram Deo defle atque odio habe peccatum, quemadmodum & pauo pedes, vt sponso iustus appareas.

NOTAE.

Corporis enim forma.) Pulchra est pauonis descriptio apud Lucianum in Oratione de domo; nec inelegans in Dione Chrisostomo ἐν ὀλυμπικῷ ἢ περὶ τῆς προνοίας τοῦ θεοῦ ἐντολας. at omnibus certe & breuior, & uenustior apud Tertullianū in libro de pallio, cuius sunt verba: Pauo pluma vestis & quidem de cataclitis, immo omni conchylio depressior, qua colla florent; & omni patagio inauratior, qua terga fulgent; & omni syrmate solutior, qua caudæ iacent, multicolor, & discolor, & versicolor, nunquam ipsa, semper alia, & si semper ipsa, quando alia? totiens denique mutanda, quotiens mouenda. Quæ vero sint cataclita, quid patagium, quid syrma, optime explicuit Turnebus, & dicto Tertulliani loco scholium Iacobi Pamelij.

Læti-

Lætitia exultantem.) De hac pauonum philautia plurima apud Aristotelem, Plinium, Oppianum, Aelianum, ceteroſque huiuſce argumenti ſcriptores.

Suos conſpicit pedes.) Merito Iulius Scaliger 238. exercitatione, Cardanum notat, qui aniculares haſce fabellas (vt ipſe ait) de pauone narrat. Et ſi non ſit infrequens apud recentiores alios hæc pauonis proprietas, a quibus nec diſſonāt multum, quę ex Theophraſto Pierius adduxit libro 24. illis verbis ἀλλὰ τεκμῆρῶν, &c. Si modo hac de re loquutus eſt Theophraſtus. Pierium conſule.

Præcepta tua) Ideſt diuinam legē tibi impoſitam: hæc enim Chriſtiano homini veri gaudij cauſa non mediocris eſſe debet. De qua legis videlicet diuinæ, mandati, præceptorum, teſtimonium, eloquiorum, iuſtificationum) nam hęc omnia ſynonymice vſurpantur a regio pſalte) præſtantia, & ad ingenerandam in animis hominum iſtam lætitiam, facultate, tertio quoq. verbo apud eundem Prophetam extant teſtimonia. Paulus autem ad Romanos 7. Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον Consentio enim legi Dei ſecundum interiorem hominem.

Pedes ideſt peccata.) Myſtica illa Chriſti in nouiſſima cœna ante ſacroſanctum ſuum agonem pedum diſcipulorum ablutio ſignificauit inquinamenta, ſordeſq. animi, imperfectiones, & carnalia deſideria: veros cæleſtis magiſtri diſcipulos confeſſionis ac pœnitentiæ lauacro abluere oportere; ſic (ne in re vulgari lectorem morer) docte ac fuſe explicat Origenes in commentarijs illius loci.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΦΕΩΣ.

Κεφάλαιον ΙΓ'.

Χριστὸς εἶπεν ἐν τῷ Διαγγελίῳ, γίνεσθε φρόνιμοι, ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι, ὡς αἱ περιστεραί. ὁ φυσιολόγος ἔλεξε περὶ τοῦ ὄφεως, ὅτι πολλαὶ φύσεις εἰσὶν ἐν αὐτῷ.

Περὶ τῆς φύσεως τοῦ ὄφεως.

Ὅταν γηράσῃ, ἀμβλυοῦνται αὐτοῦ οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἐὰν αἱανεάζῃ ἑαυτὸν βάλῃ ἐν ὕδατι ἡμέρας τεσσαράκοντα, ἕως οὗ τὸ δέρμας αὐτοῦ χαυνωθῇ, καὶ διίσπιει πέζαν, καὶ βαγαδας διὰ φεσκύψας δὲ διὰ τῆς ὀπῆς ὀθᾷ πρὸς τὰ, καὶ ἐκβάλλει τὸ γῆρας, καὶ ἀπὸ βαλὼν αὐτὸ τερπωλιὼ παφέχῃ νεκίσπων.

EPMHNEIA.

Καὶ σὺ νοητὲ ἄνθρωπε, ἐὰν θέλῃς τὸ πάλαι ποτὲ γῆρας τῦ κόσμου ἀποβαλέσθαι, διὰ τῆς στενῆς, καὶ τεθλιμμένης ὁδῦ, διὰ νηστείας τὸ σῶμα μάτισον, στενὴ γάρ ὅτιν ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἐπάγουσα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

De Serpente. Cap. XIII.

AIt Christus in Euangelio: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Physiologus in serpente plures in esse naturæ proprietates ait.

Prima serpentis proprietas.

CVm senio grauatur, caligant illi oculi: & cum iterũ iuuenescere parat, quadraginta diebus cibo abstinet, & tandẽ emollita cute, quærit petrã per cuius foramẽ magno nisu contendens pronusq. transire nititur, cutemq; exuit, qua deposita gaudet, atque iterũ iuuenescit.

INTERPRETATIO.

ET tu spiritualis homo si per angustam & arctam viã veterem mundi senectutem deponere vis, corpus tuũ ieiunio macera: Est enim angusta porta, & arcta via quæ ducit ad regnum cœlorum.

NOTAE.

In Euangelio.) Locus est apud Matthæum capite 10. vbi Apostolos nouam Euangelij lucem annuntiatu-

ros mundo, salutaribus præceptis diuinus ille magister corroborat. Porro totam Christianæ disciplinæ perfectionem complexus, duo necessaria esse ait ad administrationem verbi, prudentiam videlicet & simplicitatem. Ad prudentiam (vt breuiter dicã) eorum in vnumquemque sum pertinet cognitio atque effectio, quæ ad bene beateque viuendum in suo vnumquemque statu perducere possunt. Est enim diuina hæc virtus humanarum omnium actionum quasi gnomon, est virtutũ dux & mater est vitæ moderatrix, immo uero iuxta Stoicorum placita ars est agendæ uitæ. Deinde cum simplicitatem iubet, hypocrisim uetat; nam simplicitas simulationi opponitur, & tam dolum in uerbis, quam in factis fraudem auersatur. Extant innumera sacrarum litterarum testimonia, quibus duplices corde a Spiritu sancto reprobantur, simplices uero ac recti uarijs encomijs extolluntur. Iam licet duo hæc, prudentia, & simplicitas differre quodammodo ac dissentire inter se se uideantur, optime tamen cõstituta ratio facili negotio illa copulabit, ac uinciet; est siquidem inter uirtutes omneis mira quædam societas atque connexio. Qui fortitudine præstat, temperans item esse recte potest. Facilitatem morum ac seueritatem si quis una retineri non posse arbitratur, plane decipitur. idem de sobrietate & liberalitate ac reliquis istius modi uirtutum speciebus dictum esto. Vide Petrum Velleium à Cueuara docte ac fuse de hoc disserentem in l. obseruandũ. ff. de officio præsidis: Petrum Velleium à Gueuara, præteriti si quod fuit virtutum fœcundum seculum, viuidum simulachrum: præsentis vnicum ornamentum: futuri absolutissimum exemplar. et vero lector candide si viri huius præclarissimas doteis exprimere nunc vellem, vix tibi fidẽ facerem; etenim eo vsque maximorum virorum elogia inuidiam & incredulitatem declinare solent, quousque communem hominum captum non excedunt. Ornat profecto tantum hunc virum antiquissimus generis splendor; Ornat constans quædam a primis auctoribus ad posteros vsque deriuata in reges suos fidelitas & studiũ; multa apud eosdem principes ob hoc ipsum gratia; amplissimi magistratus domi militiaeq; feliciter administrati. Ornat (quoniam quæ diximus, vix nostra sunt) verior ac solidior animi nobilitas, vitæ summa innocentia, incredibilis candor, rara morum suauitas, virtutũ omniũ, atq. huius maxime quã tractabã, prudentiæ, quæ reliquarũ omniũ condimentũ est, eximia quædã & admirabilis possessio. Quid mirũ? prudẽtes nasci homines negauit philosopus, at disciplina, labore, & experimento fieri testatur; Petrus Velleius isthæc sibi præsidia ita nimirum comparauit, vt à primis annis sacrosanc-

ctis literarum ſtudijs omnino conſecratus, in omni bonarum artiũ genere ad miraculum excellat; nec vero ille propterea ita ſe inuidit mundo, vt intra priuatos bibliothecæ parietes ſemper delitesceret, multa vidit, multa cognouit, multa tractauit, plurimis officijs Rem publicam ſibi demeruit; quin etiam & Vrbi ipſi & in Vrbe Orbi illius virtus iam olim admirationi fuit. Finiam ſemel: Erit cum Velleium conſiderans, perfectiſſimam vigilantiſſimi præſulis, qualem Apoſtolus inſtituebat imaginem, te intueri dicas, atque illum ad Chriſtianæ Reipublicæ vtilitatem, vtque aurea exorientis Religionis redeant tempora, præficiendum Eccleſiæ deſideres: Erit cum ampliſſimo magiſtratui ne tot ſileant iuris apices, aptiſſimum iudices: Erit cum ad efformandam lubricam illius ætatem, qui ad rerum omnium clauum admouendus eſſet, natum Velleium exiſtimes. Denique nulla vnquam viris optimis & maximis præmia propoſita, nullæ tam ſecundæ atque inſolentes fortunæ, quibus non ille ſe digniſſimum præſtiterit, atque ad illas conſequendas ampliſſimam ſibi virtute ac doctrina viam non ſtrauerit. Patere quæſo lector candide ſi me à propoſito argumento Velleij noſtri recordatio diduxit; animo quidem ac deſiderio noſtro haud plane ſatisfactum eſt, tuo nimirum, digreſſione hac, moleſtum nihil accidiſſe confido, Menandri videlicet memor, apud quem ἀνὴρ ὁ χρηστὸς χρηστὸν ἐ μισεῖ ποτε. Nunc ad rem.

Sicut ſerpentes.) Alibi etiam Serpentum prudentiæ meminere ſacræ literæ; nam eo Geneſeos loco, quẽ nũc vertit Hieronymus, Erat ſerpẽs callidior, nunc, Erat ſerpẽs ſapiẽtior, Aquila & Theodotione πανοῦργον legentibus, ſeptuaginta habent ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος. Nec arridet, quod Auguſtino Stheuco placuiſſe video, ea ratione ſerpentes ibi prudentes vocari, quod longiſſime cernant, etenim nimis frigida interpretatio eſt. Memini item Clementem Alexandrinum, libro Stromatum ſexto aliam adduxiſſe rationem, videlicet quod in maleficijs (quorum optimus artifex eſt ſerpens) inueniri etiam poſſit conſequentia aliqua & diſcretio, & compoſitio, & coniectura futurorum. cui ſententiæ fauere videtur communis doctrina quę & Baſilium auctorem habet homilia 12. in principium Prouerbiorum; dum duplicem prudentiam conſtituit, vnam proprij commodi cuſtodem (Volateranno interprete) & alieni doli obſeruatricem, qualem habet ſerpens; alteram quæ virtus eſt, & quæ ea quæ agenda aut non agenda ſunt, definit. verum certe priorem illam vix eſt vt prudentiam vocemus; aſtutiã calliditatem, malitiam, fallaciam, verſutiam magis proprie appellabimus

bimus. Non inficior, verbum φρόνιμος in sacris litteris ad vtrumq. anceps esse, nam vt noui testamenti (in quo Græcorum verborum maior vis est) testimonijs agam, Paulus ad Romanos 11. μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι & iterum paulo inferius ad eosdem, μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς. Lucas capite 16. Villicum iniquitatis laudauit Dominus, ὅτι φρονίμως ἐποίησεν, quia subdit εἰ γὰρ τοὺς υἱοὺς τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτερους ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτός. εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν εἰσί. At vides vbique & Paulum, & Lucã præfatos, illũ παρ' ἑαυτοῖς hũc εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν. Adde, perperam illius prudentiam, in exemplum proponi qui ea tantum ad nocendum & male faciendum vtitur. Quare magis forsan physica ratio sit, quam ex veteri Aegyptiorum Phœnicumque theologia colligit Eusebius, videlicet serpentes spiritalissimos esse animalium omnium. nam absque manuum aut pedum & omnino absque alicuius organi exterioris adiumento, eximiam celeritatem assequuntur, feruntur, varias in figuras ac formas gradiuntur, inuoluto, ac reuoluto gressu in quamlibet partem rotantur. Hoc autem inde habent, quod præ cæteris animalibus igneã naturã participent. Idque decantatissimus ille Epies sacrarum litterarum scriba quem summũ Deorum interpretem Aegyptij putarunt, cuiusque libros Arius in Græcam linguam traduxit, concione significauit; cum conniuente atque adeo clausos habente oculos serpente, tenebras diffundi, illo vero palpebras oculorum erigente, luce omnia repleri, scripsit. Hinc sũma in hæc animalia religio: quibus tẽpla erigebant, quæ pro dijs venerabantur, rerum omnium principia putabant: quin & Deum appellabant Ophionea: de quibus ex Pherecide & Zoroastre plura apud eundem Eusebium. Itaque (vt redeamus) non erit absurdum, si prudentiam serpentum apud Mosem de hac serpentina natura ad omnia habili, & aptissima interpretemur. Eam nimirum Deus naturæ opifex, ipsi serpenti largitus est, qua vt Augustini verbis vtar, malus dæmon vsus est ut instrumento ad decipiendos primos parentes. Porro beata etiam haud improprie appellari posse prudentia, docet Theophrasti opus cui titulus de animalibus quæ dicuntur prudentia: auctore Laertio. Verum hæc prolixius forsasse quam oportuit.

Simplices sicut columbæ.) Optime sane diuinus ille magister prudentiam serpentum columbino candore temperauit: est si quidem animal istud omnino innoxium, nulli parat insidias, atque ut Augustinus ait in Quæstionibus Euangelicis super Matthæum, non solum grandium animalium contra quæ vires non habet verum minutissimorum quibus

etiam

etiam perparui paſſeres aluntur, cæde abſtinet. Columba ſerenitatis fuit Noemo nuntia. Chriſto in baptiſmate ſuper caput adſtitit. fauſti ominis auis eſt, & quæ olim in ſacris litationibus ob nimiam puritatem præcipue expetebatur. Hinc fit vt rerum ſpiritualium ac diuinarum in ſacris litteris (vt plurimum) ſit ſimbolum: Ea deſignãtur Chriſtus, Sanctus Spiritus, Eccleſia, Virgo Deipara, Gratia, Charitas, ſacra doctrina & Scriptura, Spiritualis Natura, Eccleſiæ Doctores, viri ſimplices ac recti, atque eius generis multa quæ ex doctiſſimi Laureti rapſodia facile colliges. Adſcribam ego elegantiſſimum Marci Antonij Flaminij epigramma, in quo magnum Gulielmum Sirletum in pauperi adhuc fortuna delitescentem Seripãdo Cardinali commendat, atq. appoſitiſſime columbæ cõparat. Ait.

Commendo tibi Seripande magne
Gulielmum hominem pium, eruditum,
Et candore animi parem Columbæ,
Doctum prætereà vtriuſque linguæ,
Quodque exiſtimo pluris æſtimandum,
Pauperem, iuuenes tamen docentem
Gratis pauperie mala grauatos.
Illum Græcia magna procreauit
Antiqua probitate, moribuſque
Dignis Pythagora virum, tuaque
Dignum amicitia: idque ita eſſe, certo
Sciens, hunc tibi magne amice dono,
Virtutique tuæ dico, nec alter
Cliens aptior eſt tibi, nec ipſe
Patronum inueniat ſibi aptiorem.

Ergo (quod eſt præceptum Chriſti in quo verſamur) de coniungenda prudentia ſerpentina, cum columbina ſimplicitate, atque adeo virtutibus ijs quæ inter ſe videntur repugnare, videndus eſt diuiniſſimus Nazianzenus in oratione quam in funere & ſepultura patris ſui præſente Baſilio habuit, quam certe vix tempero, quin integram hic tranſcribam, haud tamen inuidebo lectori omnia. ſic ille: Sed fuerit ſane (pater Gregorius) tanta tamque illuſtri morum facilitate: induſtria tamen eaque virtute quæ in rebus gerendis verſatur, cuiquam alij cedebat? Minime. Verum idem ipſe & lenis ac placidus, ut ſi quis alius erat, & ad agendum peræque aptus & appoſitus. Quamuis enim hæ duæ res fere inter ſe pu-

pugnét & opponantur ſimplicitas nimirum & aſperitas, alteraque manſuetudinem cum inertia coniunctam habeat, altera rebus quidem gerendis apta ſit, verum humanitate careat, at in eo tamen mirifice hæc duo in vnum conuenerunt. Nempe vt & tanquam aſper ac vehemens rebus gerendis cum manſuetudine incumberet, & tanquam rebus gerendis alienus ſe ſe cum induſtria ſubmitteret, in præſidijs ferendis, in ſermonibus ab omni metu liberis, in omni denique gubernationis genere. Nam cum ſerpentis ad malum prudentiam columbæ ad bonum ſimplicitate coniunxiſſet, ita ſe comparauit, vt nec prudentiam in verſutam improbitatem, nec ſimplicitatem in ſtoliditatem degenerare ſineret, verum ex ambabus, quo ad eius fieri poterat, vnam virtutis ſpeciem efficeret, numeris omnibus perfectã & abſolutam. Hactenus Theologus, interprete Billio.

Iuueneſcere.) Hæc ſerpentum agiraſia apud prophanos & ſacros ſcriptores valde vulgaris eſt. indicabo fontes: Ariſtot. lib. 8. hiſtoriæ animal. cap. 17. & libro 5. cap. 17. Plin. lib. 8. cap. 17. Leberida Epiphanius hic (vt & ferè Græci) γῆρας per cathacreſin nominauit: Ariſtot. κέλυφος τῦ ἔαρος, Nicander ἥβαν νεαρὴν appellat, actionem ipſam Plinius vernare. Hac autem de re poetæ ſic narrant: Prometheus cæleſtem ignem ſuffuratus ad homines quoſdam detulerat, qui tanto beneficio ingrati, Ioui furtum detegunt, ab eoque in delationis præmium perpetua iuuenta donati ſunt. Hanc igitur illi cum ſuo clitellario aſello impoſuiſſent redeuntes, aſinuſque graui ſiti in itinere laboraret, ad fontem quendã perrexit, vbi loci cuſtos ſerpens, ne ad aquam accederet, prohibuit, niſi prius pacto pretio. Tunc areſcens aſinus ſe quodcunque haberet, daturum promiſit, accepit igitur ſerpens agiraſiam, atque inde quotannis exuit ſenectutem, homines vero ſenio conficiuntur. Nicander autem ſic fabellam deſcripſit.

Ὠγύγιος δ' ἅμα μῦθος ἐπ' αἰζηοῖσι φορεῖται,
Ὡς ὁπότ' ἐρανὸν ἔσχε χρόνῳ πρεσβύτατος θεὸς
Νήμασιν ἁπτόμενος καπέεσσιν ἐκὰς πεπυκυῖας ἀρούρας
Ἰδμοσύνῃ νεότητα γέρας πόρεν ἠμερίοισι
Κυδαίνων. δὴ γὰρ ῥα πυρὸς λιτὸς ἔντεπον
Ἀφρονες, ἐ μὴ τῆσδε κακοφραδίης ἀπόναντο.
Νωθεῖ γὰρ κάμοντες ἀμοιβάδον ἐτράφεν ὄνῳ
Δῶρα, πολυσκάρθμως ἧ κεκαυμένος ἀυχένα δίψῃ
Ῥώετο, γωλεοῖσι δ' ἰδὼν ὁλκήρεα δῆρε
Οὐλοὸν, ἐλλιπάουσι κακῇ ἐπαλαλκέμεν ἄτῃ
Σαίνων. ἀυτὰρ ὁ ἕρπις, ὃ δὴ ἀμείξατο νώτοις
Ἧπερ ἄφορτα δῶρον ὃ δ' ὑπ' ἀπαυήνατο χείλη.

Vide

Vitalis uertit.

Fabula per iuuenes celeberrima oberrat, vt olim
Fratribus imperia diuisit maximus æuo
Vnus natorum Saturni. præmia honorisque
Indicium cœpere domestica turba iuuentam.
Mortales pretiosa Deum sed munera post hæc
Dementes carpsere: nihil iuuere querelæ;
Nam tardi dorso imposuerunt pondus aselli
Dona Dei: cui sicca siti præcordia vbi essent,
Ad fontem properat, prægrandem hic repperit anguem,
Quem supplex orauit opem sibi ferre: sed ille
Quod gestet, pretium lymphæ, pondusque petiuit.
Ille siti pressus facile annuit ista petenti.

Eadem fere sunt apud Sophoclem ἐν κωφοῖς.

Cutem exuit.) Euge: nos in hoc etiam cum Tertulliano conuenimus, ut post pauum esset nobis sermo de serpente. ille libro de Pallio: Nominandus est & serpens licet pone pauum; nam & iste quod fortius est, conuertit corium & æuum, si quidem ut senium persensit in angusta se stipat, pariterque specum ingrediens, cutem egredies, ab ipso statim limine erasus, exuuijs ibidem relictis, nouum se explicat cum squamis & recurantur. Voluit isto serpentis argumento Ioannes Spondamus in Odysseæ librum 16. Paracelsicam doctrinam de lapide philosophico astruere. sed mihi non dum persuasit,

Gaudet.) Hoc uernantis serpẽtis gaudium expressit Lucretius, dũ impie ac stulte animorũ immortalitatẽ oppugnat.

Quod si immortalis nostra foret mens,
Non tam se moriens dissolui conquereretur.
Sed magis ire foras, vestemque relinquere, vt anguis
Gauderet.

Est & apud Nicandrum eiusdem vernationis gaudium ita significatum.

Μὴ δ' ὅτε ῥικνεῖσιν φολίδων ἄπο γῆρας ἀμείψας
Αὖ νεαρῇσι νεαρὴς κεχαρμένος ἤβῃ.

ideſt. *Tum etiam caueas horrendam quando senectam*
Exuius serpens renouata pube resultat.

Hoc

Hoc autem Græce illi parœmiæ locum dedit. Lætor & rideo magis quam si exuissem senium, quæ apud Aristophanem obscenioribus aliquantulum verbis proponitur:& eisdem citat Suidas.

Sicut.) Basilius in oratione. 7. de uirtute & vitio, locum Matthaei citat, eiusdemq. serpentinae proprietatis meminit, atque ad mores accommodat, his verbis: Sitis inquit Christus prudentes sicut serpentes: qui cum eos senium deponere necesse sit, loco angusto & optime septo corpus suum committunt,& ita prudenter atque sapienter senectutem exuunt suam. Quod etiam & nos facere vult sacra scriptura cum per arduam & angustam viam iter faciamus, exuere inquam veterem hominem, induere vero nouum, ita vt etiam nostra sic repueraſcat iuuentus.ut aquilæ solet. Eadem omnino sunt apud Isidorum Pelusiotem, cuius nunc aliquot epistolæ.(ex infinitis prope myriadibus) ope doctissimi Godefredi Billij luce perfruuntur.libro 1.Epistola 416. ad Herminum Comitem in hæc uerba:Serpens arte ac versuria vetustatem exuit,in arcta quadam & angusta rima se se comprimens,ac senium deponens. Vult igitur nos quoque per arctam uiam & afflictionem,ueterem hominẽ exuere,ac pro eo nouũ induere, qui ad eius imaginẽ renouatur.

Arcta est via) Matthæi 7. Quibus verbis Climacus (vt & Epiphanius hic) ieiunium præcipue commendari auctor est. Si angustam viam(inquit gradu 13. agens de gula) duramque etiam pergere Christo promisisti,reprime ventrem. hũc enim si foueas atque distẽdas, pacta & conuenta cum Domino tuo irritasti · intende animo vt audias dicentem: Lata & spatiosa est via ventris, quæ ducit ad perditionem fornicationis, & multi sunt qui ingrediuntur per eam.Et quam angusta ianua, & arcta est via ieiunij,quæ ducit ad viã castitatis & pauci sunt qui per eã ingrediũtur.

ΔΕΥΤΕΡΑ ΦΥΣΙΣ ΤΟΥ ΟΦΕΩΣ.

Κεφάλαιον ΙΔ'.

Φθείς πο' ὄφις ὁ αἰθεροπος ἐνδελυμένος φοβᾶ αὐτὸν τὸ μάλισα, καὶ διαδράσκει, ὁρασθεὶς δὲ γυμνὸς καταθαρρεῖ αὖτε.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

ΚΑὶ σὺ νοητὰς ἐνόησον, ὅτι λοιπὸν ὁ πατήρ σου ὁ ἀδὰμ λοιπὸν τῷ ὄφει εἰσῳ αἰαβαλλόμενος ὑπὸ θεοῦ ὑπακοὴν σοὶ λοιπὸν οὐκ ἔχουσε ἐμπεσεῖν τῷ ἐχθρῷ, ἀλλὰ ἔφυγε μακρὰν ἀπ' αὐτοῦ. ὅταν δὲ γυμνὸς ἔμεινε τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ φθαρεὶς, τότε ὁ πονηρὸς σκεφθησεν αὐτόν.

Secunda

Secunda ſerpentis proprietas.
Cap. XIIII.

Vm ſerpens veſtitum hominem conſpicit, pauet, ipſumque fugit: quòd ſi nudum videt, illum petit.

INTERPRETATIO.

ET tu ſpiritualiter conſidera, quòd cum noſter parẽs Adamus veſte à Deo contexta in Paradiſo indutus fuit, illum adoriri Diabolus non potuit, ſed procul ab eo fugit: cum vero prȩcepta Dei tranſgreſſus, nudus manſit; tunc vicit illum Diabolus.

NOTAE.

Veſtitum.) Diuerſa omnino ſunt apud ſanctũ Hieronymum ſiue auctorem epiſtolæ de cereo paſchali ad Præſidiũ Diaconũ: & apud Iſidorũ in Originibus, Albertũ in hiſtoria, & alios, nam in hominem veſtitum ſalire ſerpentem ſcribunt, a nudo vero fugere. Plinius, ex Agatharchide, familias quaſdam recenſet, quæ ſerpentibus terrori erant, quorum e genere fuiſſe ait Pſyllos; ſic à Pſyllo rege dictos, cuius corpori ingenitum fuit virus ſerpentibus exitiale: vnde mos illi genti fuit, vt liberos genitos ſtatim obijcerent ſerpentibus, quo argumento pudicitiam coniugum experiebantur, detecto vel proprio vel adulterino ſanguine. Hos Catonem, per Libyæ deſerta inter facientem ſecum duxiſſe, vt ſerpentiũ morſibus mederentur Plutarchus ſcripſit. meminit & illorum Gellius lib. 19. cap. 11. & Strabo 15. Lucanus item ab illo verſu.

Gens inimica colit terram a ſæuo ſerpentum
Marmaridæ Pſylli, &c. Celſus autem medicus non Pſyllorum naturæ ſed illorum audaciæ hoc tribuendum putat; Marſos

item Italiæ populos a Circes filio ortos eandem vim aduersus serpentes habuisse auctores sunt & Plinius & Gellius; quorum item meminere Solinus, & Silius Italicus ab illo versu. *Hæc bellare acies norant*, lib. 8. &c. Denique & illos etiam a serpentibus metui scripsit Plinius, qui Ophiogenes vocabantur in insula Cypro. Ex quibus Hexagon quidam nomine, Romam legatus, coniectus fuit experimenti causa in serpentium delium, à quo tamen illæsus extractus est. Aegyptij (auctore Aeliano) serpentes ibicum pennas metuere tradiderunt: & Arist lib. 8. cap. 11. cuiuslibet hominis saliuam eisdē esse venenum ait, cui & Plinij accedit opinio lib. 7 cap. 2.

A Deo contexta.) Vestea Deo contexta indutum fuisse Adamum in paradiso dicit, innocentiæ statum in quo creatus fuit, significans. Nam inter theologos obtinuit, eousque protoplastos nuditatem non exhorruisse, quousque delinquere; tunc enim in peccati pœnam erubescere, & veste se amicire cœperunt. Origenes in explicatione cap. 3. Geneseos, tunc primum eos carnem sumpsisse dixit, cum prius essent incorporei. Vnde pelliceas vestes, de quibus ibi agitur, humana corpora interpretatur, quibus post offensam & eiectionē de Paradiso induti sunt, quasi ante in Paradiso sine carne, neruis, & ossibus fuerint. Sed errauit: recteq. reprehēditur ab Epiphanio nostro lib. 2. hæresi 64. Cū vero ille homilia. 6. in Leuiticū apertis verbis cōmuni ac veræ sententię se subscribat, dubitari potest, an merito huiusce hæresis insimuletur, vel potius Origenistis debeat imputari; tum maxime cū dici possit allegorice more suo, pro uestibus corpora exposuisse: nam hæc fuit vetus illius sæculi aduersus Origenem expostulatio, quem historici & (vt vocant,) litteralis sensus corruptorem appellarunt multi. Sanctus Hieronymus aduersus errores Ioannis Hierosolymitani disputans, huius etiam illum & notat & redarguit. Tertullianus aduersus Valentinianos cap. 24. & lib. de resurrectione carnis cap. 7. Irenæus. lib. 1. aduersus hæreses. cap. 1. Iustinus martyr. quæst. 49. Chrysostomus Homil. 18. in cap. 3. Geneseos. Greg. Nyssenus Catechetica oratione cap. 8. & nouissime Rupertus in comment. dicti cap. lib. 3. cap. 27. errorem hunc dilucide refellunt. Nazianzenus autem (ita explicante Cyro) non simpliciter carnem sed atram, grauem, mortalemque pro pellucida, tenuissima, atque immortali Adamū post peccatum suscepisse refert. sicq. mystice interpretatur illius & nuditatem, & vestes. locus est in carmine περὶ ψυχῆς quem ita reddidit Latine Billius Prunæus:

Pro-

Protinus in viridi Paradisi sede locauit
Ancipitem, obseruans partem inclinaret in vtram,
Nudum etiam & sceleris purum fraudisque malignae
Pestiferi at postquam sæuis insultibus hostis,
Fœmineisque leuis præbens insultibus aures,
Nectaream dentes præ tempore misit in escam,
Pelliceas vestes hoc est graue pondus & atræ
Subiectum morti tunc induit ipse,

Nudus.) dicta hæc sunt quasi κατὰχρησιν si ad serpentinam prouocationem accommodentur; Nec enim Adamus transgressus præceptum Domini nudus manſit, sed potius ab ea hora vestitus & opertus: at certe vestis illa nihil magis quam eius nuditatē præferebat, ideſt illum ab innocentiæ ſtatu decidiſſe, ac proinde ideo veſtitus, quia nudus, hoc eſt omni felicitate priuatus, & omni præſidio deſtitutus. Auguſt. in expoſitione pſalmi 103. pellicearum harum veſtium allegorias late perſequitur.

Diabolus.) in Græco eſt πονηρὸς. Malus: eſt autem in diuinis literis communis loquendi phraſis, vt per antonomaſiam hac voce intelligatur prauus ſpiritus, ſicut & per magis vulgarē illam, Diabolus, quæ calumniatorē ſignificat: in prece Domini ca. ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. habetur, Latine, ſed libera nos a Malo: nec enim a rebus aduerſis (vt vulgo putant) ſed a malo dęmone liberari, oramus. Matth. item 13. ἔρχεται ὁ πονηρὸς &c. venit Malus. Ioannis. 1. cap. 2. γράφω ὑμῖν νεανίσκοι, ὅτι νενικήκατε τὸν πονηρόν, vbi Vulgata: Quoniam viciſtis Malignum: item quinto καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ. Eadem ſimili voce: Malignus non tangit eum. Paulus, ἐν ᾧ δυνήσονται πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι, vbi & tranſlatio latina auxit gradum, & reddidit: in quo) fidei ſcuto) poſsitis, omnia tela Nequiſſimi ignea extinguere: ad Epheſios vltimo. Sunt qui & illud Iſaiæ de Hieruſalem, ὁ σὺ εἶ ἡ λατομήσασα πλάτος; Num quid non tu percuſſiſti ſuperbum? eodem tropo de Satana interpretentur. Adi doctas inſtitutiones Epiſcopi Caurienſis Petri Garſiæ Galarzæ.

ΤΡΙΤΗ ΦΥΣΙΣ ΤΟΥ ΟΦΕΩΣ.
Κεφάλαιον ΙΕ'.

ΟΫ κ' ἰθράπου αὐτὸν ἀποκεφαλίσαι ἰχθύοντας, ὅλον τὸ σῶμα ὠδαλίδωσι, τὴν κεφαλὴν μόνην φυλάσσει.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ο Φάλεως γὰρ καὶ ἡμᾶς ἐν χωρῷ πειρασμῶν ὅλον τὸ σῶμα διαπτύσσων ὠδαλυσίαις, μόνην τὴν κεφαλὴν φυλάττοντες, τυτέστι, τὸ χριστὸν μὴ ἀφανίζωμεν, ὅπερ ἐποίουν οἱ ἅγιοι μάρτυρες, ἡ κεφαλὴ γὰρ πάντων ἐστὶν ὁ χριστός ἐστιν, ὡς γέγραπται.

Tertia

Tertia Serpentis proprietas.
Cap. XV.



I quando ſerpens ab homine petitur, caput ille tantum cuſtodit, reliquum corporis exhibet.

INTERPRETATIO.

DEbemus igitur & nos in tempore periculi totũ corpus morti concedere, ſolum caput cuſtodire, hoc eſt Chriſtum non deſerere, quemadmodum ſancti martyres fecerunt. Omnis enim viri caput Chriſtus eſt: vt ait ſcriptura.

NOTAE.

Caput tantum cuſtodit.) Hieronymus ſiue auctor epiſtolæ ad Præſidium: Coluber caput ſuũ celat quando percutitur, vbi ſcit eſſe mortem ſuam. Iſidorus. Dicit autem Plinius, ſi creditur, quod ſerpentis caput etiam ſi cum duobus euaſerit digitis, nihilominus uiuit. vnde & totum corpus obijcit, pro capite, ferientibus: lib. 12. Origi. cap. 4. Aelianus autem huius rei rationem reddit. nam auctor eſt ſerpentibus cor eſſe in gutture lib. 5. cap. 31.

Debemus.) Eadem omnino ſunt apud Epiphanium noſtrum li. 1. to. 3. contra Ophitas. ſed & ſanctus Chryſoſtomus in commentario pſalmi 114. in illo verſu; O Domine libera animã meã; eandem proprietatẽ ſimili allegoria ad mores accõmodat. Quemadmodũ (ait) ſerpens reliquũ corpus proijcit ut caput cõſeruet, ita oportet te quoq. alia omnia dare pro ſalute animæ. Idem in caput Matth. 10. homil. 34. id ipſum copioſius tractat. Auguſtinus in enarratione pſalmi 57. Offer (inquit) ſicut ſerpens mẽbra tua percu-

percutienti, dummodo caput integrum ſerues: Caput viri Chriſtus. Sed & Gaudentius Brixianus Epiſcopus in reſponſione ad Germinium de uillico iniquitatis; Caput (inquit) noſtrum qui eſt Chriſtus omni diligentia conſeruantes & pro eo membra omnia perſequentibus laceranda tradentes, vt fides Dei quæ caput ſalutis ac vitæ eſt ſana & inuulnerata permaneat. Iſidorus autem Peluſiotes: Dominus nos prudẽtes vt ſerpentes eſſe iubet (vir ingenioſiſſime) ſic nempe vt caput noſtrum in omni tentatione conſeruemus. etenim quibuſcunque aduerſis caſibus ac plagis ſerpens prematur, incolume atque illæſum caput ſeruat. Ad Comitem Herminum. Michaelus Glyca huius & earum quas ſuperius adduximus, proprietatũ memi nit, & eas eiſdẽ pene, quibus Epiphanius, verbis allegorice tractat.

Ait ſcriptura.) 1. ad Corinth. cap. 11. quibus verbis monet eo loci Paulus viros aperto capite orare debere, fœminas vero velato; nam vt ex eo colligitur, vir imago Dei eſt & ipſius gloria, mulier autem viri gloria & propter virum creata, ac proinde in ſignum ſubiectionis velare debet caput ſuum. Tertullianus Apoſtolorum ſeculo proximus conſuetudinem hanc multis in locis commendat, & aduerſus contrarium ſentientes, illam tuetur, præcipue lib. 5. aduerſus Marcionem cap. 8. & ex profeſſo toto libro de veland. virg. vide Concilium Grangenſe. canone. 17. & Sanctũ Chryſoſtomum in commentario dicti capitis. 11. ad Corinth. & Anaſtaſium Nicaenum in quæſtionibus ſuper ſcripturam quæſt. 62. ſed hæc forſan aliquantulum ἀπὸ τῆ σκοπῆ.

ΤΕΤΑΡΤΗ ΦΥΣΙΣ ΤΟΥ ΟΦΕΩΣ.

Κεφάλαιον Ις.

Ταν ὅπι τ πηγὶ τᾶ ὕδως πᾶν ᾖθη ὁ ὄφις, οὐ φέρει τὸν ἰὸν, ἀλλά γε ἀφεὶς αὐτὸν ἐν τᾷ νεοττιᾷ, οὕτω καθαρὸς πορεύεται, ἵνα μὴ τοὶς ἐξ αὐτᾶς πίοντας φαρμακώσηται.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ο Φίλοιδμν μὲν οὖν χ' ἡμεῖς ὅπι τὸ ἀένναόν τε, Ϲ ἄκακον ὕδωρ ἀσιδόντες τὸ τᾶ θείων καὶ ἐπουρανίων λογίων ἐν τᾷ τᾶ θεᾶ ἐκκλησίᾳ γέμον, μὴ φέρειν συὶ ἡμῖν τὸν τ κακίας ἰὸν, οὐ μὶν ἀλλὰ πᾶσαν κακίαν καὶ λοιδορίαν πᾶν τε πνηρὸν ἐνθύμημα ἀφεῖναι καὶ οὕτως ἀμωμοί τε, καὶ καθαροὶ πορεύθαμν ἐν τᾷ τᾶ χριστοῦ ἐκκλησίᾳ, ὅπως μὴ τ ἡμετέραν ψυχὶ καταφαρμακώσωμν,

Quarta proprietas serpentis.
Cap. XVI.

Vm serpens ad fontem vt bibat pergit, virus non defert, sed in antro illud dimittit sicque purus accedit; ne ex illis aquis bibentes veneno inficiat.

INTERPRETATIO.

DEbemus igitur & nos qui ad perennem puramque & diuinis ac cæleſtibus eloquijs ſcaturiẽtem aquã in Dei Eccleſia properamus, malitiæ venenum nobiſcum non deferre: ſed omnem prauitatem ac iurgium & omnẽ malam cogitationem deponere, ſicque inſontes & puri Eccleſiam Chriſti adeamus, ne anima noſtra veneno inficiatur.

NOTAE.

Virus non defert.) Auctor epiſtolæ ad Præſidium, de Cereo Paſchali, de hac re ita ſcribit. Coluber ad bibendũ veniens, in aqua venenum deponit, ne eum venenũ aqua concretum occidat Glycæ autem magis cum Epiphanio conuenit, cuius ſunt verba Quod ſi aliquando ſitiat ſerpens inque puteo contacturus eſt aquam, primo virus ſuum euomit, ac deinde ad fontẽ accedit: ſic etiam nos cum ad diuinum illud poculum acceſſuri ſumus, vt vrentia nos peccata ſanemus. omnem prius vitioſitatem (forſan dixit ſimili qua Epiphanius voce, κακίαν) debemus abijcere atq. ita nos met ad ſacroſancta myſteria conferre. hactenus Glyca. Serpentibus virus eſſe in felle ſcripſit inter alios Plinius lib. xi. cap. xxxvij.

Aquam.) multa intelligi typice poſſunt aquarum nomine vt ſanctus Hieronymus auctor eſt in capite tertio Hieremiæ?

miæ; Quod autem hęc significasse Epiphanio videtur, sacra est scriptura, siue diuini verbi doctrina, Hieronymus ipse in illud Zachariæ, Et erit in die illa exibũt aquæ viuæ de Ierusalem: Aqua (inquit) quæ egreditur de Hierusalem hoc est de Ecclesia doctrinam indicat Salua oris. idem docet in Iobi caput xii, in illis uerbis: Si continuerit aquas, omnia siccabũtur. Idem in Prouerbiorum illud: Quo modo in aquis resplendent &c. cap. xxvii. idem in Ezechielis cap. xxxxvii. Videndi etiam sunt interpretes in illud Isaiæ cap. xi. Repleta sunt omnia scientia Domini, sicut aqua multa operiens mare. in Ioannis item caput 4. & 7. in Euangelio.

In Dei Ecclesia.) Optime: nam certe extra vnam Ecclesiam nulla est sana doctrina, nulla scripturarum auctoritas. Atque hoc dictum esto contra eos qui pro libito scripturas vel nouas sibi confingunt, vel veteres & probatas temerarie reiiciunt, quorum infelicissimorum hominum (proh dolor) nostro æuo, quam pene infinitus est numerus? Atqui Epiphanius felicissimis illis nascentis Ecclesiæ temporibus proximus, bis certe in vix quatuor aut quinque lineolis repetit, in vna Ecclesia salutares hasce aquas scaturire hoc est sacram & diuinam doctrinam. Quid? an nõ & ipse olim Paulus necesse habuit Hierosolymam ascendere, vt cũ Ecclesia Euangelium quod Gentibus prædicabat, conferret? Quid est quod sanctus Hieronymus in symbolo ad Damasum Romanũ Pontificem scribens tam disertis verbis testatur? nouum (inquit) & vetus Testamentum recipimus in eo librorum numero quẽ sancta Ecclesiæ Catholicæ tradit auctoritas. Quid & Augustini vulgatum illud contra Epistolam Manichæi cap. 5. Ego Euangelio non crederem nisi me catholicæ Ecclesiæ commoueret auctoritas: vt interim infinita alia sanctorum patrum testimonia, œcumenicorumque conciliorum decreta omittamus. Sed hæc sera nimis atque infructuosa est tam pernicioſi erroris expostulatio, scimus ac dolemus.

Insontes & puri.) Nam vt ait Sapiens. In maleuolam animã non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superueniente iniquitate. capite. I.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΥΡΜΗΚΟΣ.

Κεφάλαιον ΙΖ'.

Σολομὼν εἶπεν ἐν ταῖς παροιμίαις. ἴδι πρὸς τὸν μύρμηκα ὦ ὀκνηρέ. ὁ φυσιολόγος εἶπε περὶ τῆς μύρμηκος, τῆς πολλὰς φύσεις ἐχούσης.

Περὶ τῆ φύσις τ̃ μύρμηκος.

Ὅταν ἐπιμελῶς βαδίζωσιν ἔκφυσαι κομίζουσι τ̃ κόκκον, ἢ ἐλέγουσι πῶς φέρουσι, δότε ἡμῖν οὐδ' ἁρπάζουσιν ἀπ' αὐτῶν, ἀλλ' αὐτὰ μαπί τε ξυλλέξασαι οἴχονται ἀπούσας.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ταῦτα δὴ τὴ σοφὸν τε καὶ μωρῶν παρδένων δύρεῖν ἔνι.

De Formica. Cap. XVII.

It Solomon in Prouerbijs: Vade ad formicam o piger. Physiologus multas proprietates habere eam dicit.

Prima proprietas formicæ.

CVm solicite discurrunt, & singulæ granum portãt, a ferentibus vacuæ nec petunt, nec vi auferunt, sed vnaquæque colligere sibi studet.

INTERPRETATIO.

HÆc in prudentibus & fatuis virginibus deprehenduntur.

NOTAE.

In prouerbijs.) Capite. 6. sed &. 30. idem Salomon: Quattuor sunt (inquit) minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus; formicæ populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi &c. sunt autem apud profanos & sacros scriptores insecti huius frequentissima encomia: Plinius: In opere qui labor? quæ sedulitas? Et quoniã ex diuerso conuehunt, altera alterius ignara; certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. Quę tunc earum concursatio? quam diligens cum obuius quędam collocutio, atque percontatio? Silices itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantulacumque sedulitas. Cicero libro. 3. de Nat. Deor. in formica nõ modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria est. Ouidius:

----- parcum genus est patiensque laborum,
Quæsitique tenax & quod quæsita reseruat.

Horatius: Paruula, nam exemplo est magni formica laboris. Aristoteles

ſtoteles multis in locis illarum ſedulum & induſtrium ingenium commendat. & lib. 1. hiſtoriæ animalium, apes quidem ὑφηγεμόνα ſubdit; formicarum autem ſodalitia αὐθ' ἡγεμόνος: ueluti quid Democraticum & ſtatus popularis rationem præ ſe ferre conſtituant, vt apes regni.

Cum ſolicite.) huius proprietatis totidem verbis meminit auctor epiſtolæ ad Præſidium, quæ inter opera ſancti Hieronymi habetur. verba ſunt. Formicæ quæ nihil portant non rapiunt onera earum quæ portant. Plutarchus in libro de animantium comparatione: illa eſt in occurrendo honeſtas candorque. decedunt via onuſtis vacuæ, præbentque tranſitum. & Aelianus: Aliæ (ait) ad legenda grana eunt: aliæ onus portantes redeunt, ac ſummo cum honore ac modeſtia aliæ alijs de via decedunt. Dio Chryſoſtomus in oratione de ciuitatis ſtatu habita in concione, ad idem reſpexiſſe videtur. ait. Καὶ μὲν δὴ τοι τὰ μύρμηκας πάνυ ἡδέως ἰδεῖν ἐστιν ὅπως μὲ οἰκοῦσιν μετ' ἀλλήλων εὐκόλως, ὅπως ἐξίασιν, ὅπως τὰ βαρέα μεταλαμβάνουσιν, ὅπως ἀναχωροῦσιν ἀλλήλοις πρὸς ὁδόν. ideſt. Quin etiam valde iocundum eſt formicas videre quo modo facile uerſentur inter ſe, quo modo egrediantur, quo modo onera ſuſcipiant. quo modo mutuo cedant in vijs. Sed & Baſilius magnus, in homilia in pſalmum 14. in illo verſu. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. ad hoc ipſum alluſiſſe videtur. verba ſunt. Formica, (fenerantium auaritiã reprehendit) poteſt nec rogans nec mutuo accipiens nutriri; & tu in duſtrium animal homo unam tamen ad uitæ uſum uiam reperire neſcis?

Nec petunt.) Sic uerti illud δότε ἡμῖν. quod tamen poſitum uidetur ab Epiphanio ut adluderet ad eam quam mox in ἐμφάσει citat decem uirginum euangelicam parabolam in qua eadem habentur uerba. δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν date nobis de oleo ueſtro.

Hæc in prudentibus.) ideſt, prudentes uirgines ad exemplũ formicæ præpararunt ſe ad aduentum ſponſi. fatuæ uero improuidæ fuerunt, ita ut aduenientе ſponſo, mutuo petierint oleum a prudentibus, quod tamen non receperunt. nota eſt collatio. Math. 25.

ΔΕΥΤΕΡΑ ΦΥΣΙΣ ΤΗΣ ΜΥΡΜΗΚΟΣ.

Κεφάλαιον ΙΗ'.

Ταν ὁποταμιδύσῃ τοὺς κόκκους ἐν τῇ ποίμνῃ, διχῆ σοι μεῖ ὠτιές. μὴ χμῶνος καταλαβόντος σα πῶσιν οἱ κόκκοι κὴ λιμοκτονηθῶσιν αὐζαί. ἡ γὲ μύρμηξ θυμόσοφος τυγχάνσα σοφνοεῖ καῦμα μέγα, ἡ κὴ βεθχλὼ ἔρχεθαι. θεωμὴν δέ σου τὲ μύρμηκα τὲ κόκκον τὲ σίτου εἰς τὲ ὀπλὼ εἰσομίζεσαν, ἐρχόμενον νόῃ τὲ χμῆνα. λὼ δὲ ἐκφέρουσαν θεάσῃς, γαλιώλω ἐσομῆλω γνῶθι.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Καὶ σὺ οὖν, ὦ ἄνθρωπε, τὰ τ παλαιὰς ῥήματα ἐκ τῆς πνοῦ ματικῆς δέξε λλε. τὸ γὲ γράμμα ἀποκτέινει. παῦλος γαρ ἔπε, ὁ νόμος πνεῦματικός ὅζι. πρὶν γὲ τῷ νόμῳ μὴ προσέχοντες οἱ ἰουδαῖοι, ἐμοκτονήθησαν.

Secunda

Secunda proprietas formicæ
Cap. XVIII.

CVm in cellulis grana condunt, in duas partes illa diuidunt, ne hyeme ingruente putrescant, & ipsæ fame pereant. Formica enim cum sit animal solers, & æstum solis nimium, & hybernum tempus præsentit. Itaque cum eam videris triticum in cauernam condentem, hyemem aduentare intellige. si vero illud extra educentem ipsam videris, tranquillum instare tempus scito.

INTERPRETATIO.

TV vero, o homo, sermones veteres ab spiritualibus separa. Littera enim interficit. Et Paulus ait: Lex spiritualis est. Iudæi autem legi minime adhærētes, fame perierunt.

NOTAE.

In duas partes.) Nam mira est formicarum secundum Aristotelem, Plinium, & Aelianum, cellularū structura. inter media sepimenta (inquit Aelianus ex interpretatione Gillij.) cauernas alias ab alijs secernentia solertissime machinantur, atque vt in splendidis hominum ædibus fieri solet, domum suam triplici regione formaq. circumscribunt. alterum enim in ea locum Andronem, in quo mares habitant, ædificant; alterum Ginæceum nuncupatum, vbi fœminę pariant, moliuntur; tertium granorum acceruis destinant. Plutarchus autem hanc cubilium discretionem non recipit. sed & auctor epistolæ ad Præsidium eadem fere quæ hic Physiologus: Formicæ (inquit) diuidunt grana, timentes ne si fuerit pluuia, floreſcant.

Putreſcant grana.) Illud est Plinio cum ceteris commune formicas semina arrosa condere, ne rursum

sum in fruges exeant, & Plutarchus: Ne triticum vertatur in semen atque inutile reddatur cibo sed potius permaneat, caput arrodunt, quo effundit triticum germen. Basilius magnus: Secant vnguiculis fructus medios, arrososque condunt, ne rursum in fruges exeant e terra, atque inutiles inde sibi ad vsum alimoniæ fiant.

Præsagit.) Citat Plutarchus Arati versum, quo hæc formicarum diuinatio significatur: verba sunt ex interpretatione Cruserij: Quando oua exponunt, torrentq. sub dio: id pro significatione habet Aratus imbrium: *Oua penetralia quando omnia porrigit antro Formica*: alij (addit Plutarchus) non oua scribunt, sed fruges conditas, quoties æruginem senserint aut vereantur cariem aut putredinem ab eis exponi. Plinius de animalibus præsagientibus: Segniter & contra industriam suam absconditæ formicę, aut concursantes & oua progerentes imbrem præsagiunt. Aristoteles auctor est silente Luna formicas ab opere cessare. Aelianus autē nono quoque mensis die; cuius hæc sunt verba lib. 1. cap. 23. Rerum cælestium notionem habere, cursum siderum tenere, atque vim intelligere, sapereque Babylonios & Chaldæos testantur historici, formicæ vero nec cælum suspiciunt, nec digitis dies numerare sciūt, hoc tamen eis natura donauit admirabile, vt mensis nono quoque die non pedem ex cauerna egredientes, admodum quietæ se teneāt: Gillio interprete.

Litera occidit.) Paulus posteriori ad Corinthios cap. 3. quæ sententia varie exponitur vel ab ipso Apostolo, nō modo a sacris expositoribus. Epiphanius hic eam vsurpat aduersus Iudaicæ legis, post exortam veritatem Euangelicam, obseruatores. nam (vt ait) vetera illa omnia vmbræ tantum erant, & futurorum mysteriorum significationes. quapropter Christus finis legis merito vocatus. in eundem sensum accepit literam occidentem Origenes homilia. 7. in Leuiticum. &. 1. περὶ ἀρχῶν. Chrysostomus item & pluribus in locis Hieronymus: sed omnium copiosissime Augustinus peculiari libello de spiritu & litera ad Marcellinum.

Lex spiritualis est) ad Romanos. 7. qui locus varie item ab expositoribus tractatur; non est instituti nostri hæc persequi. Quod ad propositum facit est interpretatio Tertulliani lib. V. aduersus Marcionem, vbi spiritualem legem explicat propheticam & figuratam. Si autem (inquit) & spiritalem confirmat legem, vtique & prophetica, vtique & figuratam, & addit; Debeo enim & hinc constituere Christum in lege figurate prędicatum, quo nec a Iudęis omnibus potuerit agnosci.

Iudæi autem.) Iudæi sic veteri legi adhærebant vt nullum locum concederent prophetijs quæ de nouo Euãgelio tam plane loquebantur. vnde corruperunt omnia. Irenęus lib. 4. cap. 29. Tertullianus lib. 2. contra Marcionem. Iustinus in Dialogo, inter alias rationes, datæ a Deo populo Hebręo per Moysem legis vnam esse aiunt, vt ab idololatria illum auerteret.

Perierunt fame.) Explicuit Esaias populi non credentis inediam hanc, illo capite quo nobile de Christo venturo vaticinium continetur. verba sunt: Declinabit ad dexteram & esuriet, & comedet ad siniſtram & non saturabitur.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΩΠΕΚΟΣ.

Κεφάλαιον ΙΘ'.

Ἡ Αλώπηξ ὄξι πολύτροπον ζῶον, φησάσα δὲ ἡ ἀποροῦσα ξοφῆς ἀπέρχεται ἐπὶ τοὺς ἡλιακοὺς τόπους καταρρίπτα αὑτὴν εἰς γῆν, ἡ αἰσχυνθὴν τὴν ποιὴν καὶ ὑποκείνεσα τεθνηξέναι, καὶ ὑπὸ ἰῶν πτηνῶν μὴ τοὺς πόδας αὖν ἔχουσα. ἐπερχομένων δὲ τῶν πτηνῶν, καὶ αὐτὴν καταδίειν βαλομένων, ἐκείνη ἐπίμως αὐτὰ κρατεῖ, ἡ ὅτα βάλεται καταξώγη.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτω καὶ ὁ διάβολος παιδεῦσαι τὸν ἄνθρωπον βουλόμενος, διαστρέφει αὐτὸν, ὅπως ἀμελῶς ἔχῃ πρὸς τὰς ἐντολὰς, ἡ ῥᾳστα οὕτως παιδεύσει αὐτόν.

De vulpe. Cap. XIX.

VVlpes verſutum eſt animal. cum enim eſurit, & cibo caret, aprica loca adit, & humi ſtrata animamq. continens ac ſimulans ſe mortuam ſupina iacet, oculis & pedibus ſurſum erectis. Aues itaque delabuntur vt ipſa veſcantur: illa vero arripit eas ſubito, ac pro libito deuorat.

INTERPRETATIO.

NEc aliter diabolus cum illaqueare hominem vult, tentat ipſum vt quam negligēter ſe in oratione gerat: ſicque facillime irretitur.

NOTAE.

Verſutum animal.) Nam & ipſum nomen, non quidem θέσει vt volebat Hermogenes, ſed certe φύσει iuxta Cratyli ſententiam, vulpi impoſitum videtur: ἀλώπηξ enim, ab ἀλῶ decipio, & ὠψ ὠπὸς, oculus, deriuatur, quaſi multa oculis, imponat vulpes, Hinc ἀλωπεκίζω, ideſt, fraudulenter, & verſute ago: Quod & Latini veteres, eadem voce vulpinari dixerunt; & vulpionem, pro eo quod & Græci ἀλωπεκώδη λέγουσι. Varro; Vulpinare modo, & concurſa: Apuleius; Etiam cum matri bladirere: tamen iam tunc vulpionē, & impium fuiſſe. Itaque μεταφορικῶς callidi, ac veteratores, vulpina appellatione denotantur. ſic Chriſtus dominus, Herodē Antippan (cuius impij patris, immanem feritatem, tot occiſis infantibus vt eundem vitæ auctorem perderet hac ipſa annumerſaria die, qua hæc ſcribimus, id eſt Decembris 28. Eccleſia commemorat) huius, inquam, patris haud degenerem prolem, ſanctiſſimi Baptiſtes atrocē carnificem, vulpem appellauit Chriſtus Lucæ 13. πορευθέντες (ait ad Phariſeos) εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ Ite: dicite vulpi huic. Dedit autem vulpina hæc παροιμίας, infinitis prope apologis occaſionem, qui & Aeſopi, & aliorum nomine circunferuntur. Paroemiæ item in eandem rem habentur quam plurimae.

Humi

Humi ſtrata.) Gillius ex Oppiani lib. 2. de piſcibus, de hac ipſa vulpeculæ proprietate ij ſdem uerbis: Cũ auiũ, inquit, greges ſubuolantes videt, humi ſtrata iacet, ſimul & oculos claudit, & roſtrum in terram deponit, & animam continet, & dormientis, vel potius extinctæ ſpeciẽ, ſimilitudinemque gerit cũ autẽ eam ſic ad terram abiectam aues deſpiciunt, mortuam arbitrantes, gregatim delabuntur, in eaque ſeſſitantes, tanquam illudunt: at vulpes, eas ad roſtrum appropinquantes ore hiante, atque imminente deuorat; hactenus Gillius. Vbi & ranam piſcatricem, ſimili aſtutia piſciculos captare ait. Eadem ſunt apud Iſidorum Hiſpalenſem lib. 12. cap 2: Albertum item, Georg. Agricolam, & recentiores alios: Niſi quòd Albertus exertam habere linguam, vulpẽ dicit. Michael Herus his addidit, in argilla rubra eam prius volutari, inquinarique, vt vulnerata, ac ſanguine cruenta appareat, quod & icõ exemplaris Sirleti præferebat. Glycæ cum Epiphanio mire conuenit annal. parte 1. Vulpeculam nutrimenti laborantem inopia, ſupinam iacere tradunt, quaſi ſi foret mortua, ſimulq. anhelitum retinere. quamobrem diſtentam conſpicatæ volucres, in eam ſe demittunt, & veluti mortuam attingunt: Tum illa ſubito exiliens; quæ mortua credebatur, aues comprehendit, atque deuorat. Hac ipſa ad captãdas ſimias calliditate pardum vti, auctor eſt pluribus verbis Aelianus li. 5. cap 54. Quod & Græco adagio conſtat ἀθανατον παρδάλεως ὑποκρίνεσθαι pardi mortem ſimulare.

Simulans,) Simulatio, peculiare eſt vulpis tributum, & vt ſic dicamus, εἰκὸν πάθος, vt contra, aperta vis Leoni accidit, Cicero: Cum duobus modis, ideſt, aut vi, aut fraude, fiat iniuria, fraus quaſi vulpeculę, uis Leonis uidetur. Lucretius, uulpi dolos a natura datos cecinit. atque alibi. *Cur acris violentia triſte leonum Seminium ſequitur, dolum vulpibus, & fuga cervis.* Hinc Lyſandri notum apophthegma, quod & in adagium abijt: Vbi Leonis pellis peruenire non poſſet, uulpinam aſſuendam eſſe: Quo ſignificabat, aut ui, aut dolo obtinendum. Nazianzenus duo hæc in Iuliano imperatore deprehendi aiebat. illud autem, inquit, admodum prauum, ac malignũ, quòd (cum nec aperte nos allicere poſſet nec tyrannice cogere præ pudore ſuſtineret) leoninę pelli uulpinam: aut ſi mauis. Minois laruam ſummæ iniuſtitiæ prætexens, leniter uim afferebat Billio interprete. Chryſoſtomus homil 4. in cap. 1. Matthæi Cum a beſtijs mutuata uitia, in hominibus inſectetur, libidinem equis tribuit: vrſis uoracitatem: odium camelis: rapinam lupis: ſerpentibus furorem: uulpibus, ſubdolas inſidias.

Nec

Nec aliter.) Nō Aesculapius sanabit hāc paralysim: Nec enim ulla ex parte alius possunt hæc, præcedenti uni pinæ proprietati: nisi dicas, in eo dari similitudinem; quod sicut uulpes non primum aperto marte, sed dolose ac uersute auibus insidiatur: Sic generis nostri hostis, grauiora scelera principio non suggerit: sed ut a re prius bona opera omittere suadet, atque ea quidem quæ ad uitæ eximiam quandam perfectionem magis spectant, qualis est oratio, quam quæ ne effario adimplenda sunt: postea uero ef ferus & immanis, irruit totus. Chrysostomus in lib. de orando Deo uitæ basim, ac fundamentum, orationem esse ait: ac proinde proficientium in uirtute quasi quoddam tyrocinium ac primum rudimentum.

Diabolus.) Omni turpi elogio significari potest Diabolus κατ' ἐξοχήν: uulpes hic eo germanius appellatur: quod auctore Origene, feræ huius, ut & lupi nomen, nunquam in diuinis literis ad bonum aliquod usurpetur. Sic Gregorius theologus in oratione secunda de Theologia quæ est decimaquarta inter nuper excusas: Omnem animam uersutam fideq. dubia præditam per uulpem adumbrari scripsit. Nostras autem Gregorius magis (dicam dialecticorum phrasi) in specie Diabolum uulpis nomine significat homil. 4. in cap 1. Matthei. Hæreticos uulpium nomine designari in diuinis literis commune est tam apud antiquos, quam etiā neotericos scriptores. Videndi sunt in Ezechi 13. Nehem. 4. Tren. 5. Psal. 62. Cant. 2. Matthei 8. Luc. 9 & 13. Et uero nostri temporis insidiosissimæ uulpeculæ in hoc etiam mirifice patrem suum uulpem Diabolum referunt: Quod iam diu in sanctas (ut & ille) preces, unanimes conspirauerint. At sanctissimus & antiquissimus pater Epiphanius diabolicam hanc esse versutiam satis plane testatur.

Irretitur.) Nam orationis aggere demolito, in manu est immanissimo huic hosti, triumphus, cum ad illius sustinēdos insultus oratio potissimum sit instituta, adscribam eiusdem quē proxime citabam, Chrysostomi cum Epiphanio nostro symphoniā: Nimirum ait; Contemptibilem, captuque facilem te ipsum præbebis sceleratissimis spiritibus qui continenter obambulant obseruantes nos; vt si quem deprehenderint nudatum deprecationis præsidio, protinus abripiant: Si nos conspexerint deprecatione communitos, illico resilium: non aliter quam prædones, ac facinorosi, vbi conspiciunt militis gladium in caput suum vibrari, quod si contingat aliquem esse nudum precationis præsidio, hic aulsus deportatur a dæmonibus, & in calamitates variaque mala impellitur.

Oper-

Oportet igitur vt hæc omnia metuentes precibus & hymnis nos ipſos circumuallemus, vt Deus omnium miſertus dignos efficiat regno cælorum: hactenus Chryſoſtomus. Bernardus eamdem improbam dæmonum induſtriam in exturbandis nobis ab hoc orationis præſidio eleganter explicuit ſermone 4. de Quadrageſima.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΥΚΤΙΚΟΡΑΚΟΣ.

Κεφάλαιον Κ'.

Ὁ Ηὴν ὁ ψαλμῳδὸς, ἐγρύομαι ὡσεὶ νυκτικόραξ. ὁ γοῦν φυσιολόγος λέγει τοῦτο τὸ πτηνὸν ὑπομένειν τὴν νύκτα, ἢ τὴν ἡμέραν.

ΕΡΜΗ-

EPMHNEIA.

Ουτως καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, τοὺς ἐν σκότει, καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένους, τουτέστι τὸν λαὸν τῶν ἐθνῶν ὑπὲρ τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων, τῶν ποτε τὴν υἱοθεσίαν καὶ ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς ἐχόντων· ὅτε οὖν καὶ ὁ σωτὴρ ἔλεγεν, μὴ φοβοῦ τὸ μικρὸν ποίμνιον, ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν, δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν. ἐρεῖς μοι, ὅτι ὁ νυκτικόραξ ἀκάθαρτόν ἐστι, καὶ πῶς ὁ σωτὴρ ἔλεγε δεῖν τὸν ἀπόστολον, ὅτι τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἑταπείνωσεν ἑαυτόν, ἵνα ὑψώσῃ τοὺς πάντας, τὰ πάντα γένηται, ἵνα πάντας σώσῃ.

De Noctua. Cap. XX.

IT Psaltes, factus sum sicut nycticorax. Physiologus igitur auem esse dicit amantem magis tenebras, quam lucem.

INTERPRETATIO.

SIc dominus noster Iesus Christus dilexit nos sedentes in tenebris, & in vmbra mortis, hoc est Gentium populum amauit magis, quam Iudæos, qui olim adoptionē, repromissionemque in patre habuerunt. Quamobrem Saluator dixit, Noli timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro, dare vobis regnum. Dices, impura auis est noctua: atqui Saluator per Apostolum dixit, eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: humiliauit seipsum, vt exaltaret nos: factus est omnia, vt omnes saluos faceret.

NOTÆ.

NOTAE.

De noctua.) Multi tradunt distingui nycticoracem à noctua; at cum de ea proprietate agatur, quæ vtrique æquè conuenit, magis Latinam vocem vsurpare placuit.

Tenebras.) Et ab hac ipsa naturæ proprietate noctua à Latinis appellatur, vt auctores sunt Festus & Varro: imo & per anthonomasiam, noctis auis dicitur. Ouidius de Bacchis in Orpheum concitus:

Et coeunt vt aues si quando luce vagantem
Noctis auem cernunt.

Cui non est dissimilis periphrasis illa in Martiano Capella:

An mage noctiuagæ tibi traditur alitis vsus.

Græcę autem vocis (νυκτίκορᾶξ) eodèm spectat onomatopœia quasi nocturnus coruus. Ambrosius proprietatis rationem talem docuit: Noctua & nycticorax magnis & glaucis oculorum pupillis nocturnarum tenebrarum non sentit horrorem: & quò fuerit obscuriora nox, eò crebriores volatus exercet inoffensos: die autem videre nō potest, quia exorto splendore visus eius hebetatur. sed patrū physice. Eustathius autē ita fermè: Noctuæ visum in tenebris valere aiunt, interdiu obcæcari propter nimis siccum & tenuem oculi humorem non ferentem vim luminis. atq; alibi: Noctuam aiūt solam inter aues quæ vncos habēt vngues, & carnibus aluntur, fœtus non edere cæcos, propter igneam vim quam in oculis habet, qua tenebras etiam penetrat; quare & (ἐν τῇς σκοτομυίαις) Luna laborante cernit.

Sic Dominus noster.) Augustinus in enarratione psalmi 101. Christum nycticoraci etiam comparat. Ecce (inquit) nycticorax in parietinis amat & noctem, nam nisi amaret, vnde diceret, Pater ignosce illis?

Sedentes in tenebris.) Psalmo 106. sic Chrysostomus & Theodoretus priorē versus partem (Quoniā satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis) de Iudęis accipiunt, posteriorem, vt hic Epiphanius, de Gentibus interpretantur. Et merito, Iudæi enim ante natum Christum, in luce versabantur. habebant enim legem in qua cum fide promissionis, salutem consequebantur. esuriebant igitur solùm, quia nondum

vero ac solido cibo sed adumbrato vescebantur; cætera erant in luce. Gentes contra alta & caliginosa nocte premebantur, ignorabãt enim verum Deum, quod proprijssime appellabis in tenebris degere. quemadmodũ enim sola absentia lucis noctem inducit iuxta philosophorum sententiam, & vulgatum illud Heraclici εἰ μὴ ἦν ἥλιος οὐκ ἂν ἦν νύξ, si non esset sol, nox esset, ita sola ignoratio Christi Iesu, qui verum est mundi iubar, sufficit ad suffundendas tenebras. Hęc itaque occupabant Gentium mentes. Et verò sic occupabãt vt ligna & lapides pro dijs colerent: quin & eò multi vesaniæ deuenerant, vt serpentes, simias, boues, canes, cœpe quidam pro numine venerarentur. Verum clementia & bonitate Dei populus hic qui in densissimis hisce ac plusquam cymmerijs tenebris versabatur, vidit (vt inquit Isaias) lucem magnam, & habitantibus in regione & vmbra mortis lux orta est.

Habuerunt.) Adoptionem, quia ille erat & vocabatur Dei populus: Promissionem, quia ex Abrahami semine venturum Saluatorem pollicitus fuerat Deus. Et hoc est quod Iudæi ipsi aduersus nos vsurpant, veteres populi sui prærogatiuas adhuc iactantes. sed eorum vanitatem satis confutant verba illa Domini apud Oseam. Vocabo non plebem meam, plebem meam, & nõ dilectam meam, dilectam meam: Et per Paulum ad Ephesios 2. Eratis sine Deo in hoc mundo: nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquãdo eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Respondet etiam disertè eidem obiectioni Tertullianus in libro aduersus eos, & Cyprianus. lib. 1. testimoniorũ cuius idem est scopus. videndus etiam Chrysostomus homil. 6. in cap. 4. Matthæi.

Nolite timere.) Lucæ. 12. Extant autem vocationis Gentium, & Iudæorũ reprobationis tertio quoq; verbo in scripturis sanctis prædictiones. Tota quidem Isaiæ prophetia illis abundat, atque in ea præcipue integrum caput 35. ubi de Gentiũ quæ in Christum credituræ erant, futura consolatione, lætitia, securitate, & fœlicitate fusè agitur. item 49. vbi Christus Gentium dux constituitur, daturque in fœdus populi ex omni Orbis parte vocandi. item 54. & 55. vbi Ecclesia ad lætitiam inuitatur, quod ex Gentibus numerosior futura sit, quam erat synagoga. Deniq; videndi sunt in hoc ipso argumẽto (præter eos quos citauimus locos) Patrum commentarij in cap. Genes. 49. Num. 24. Deut. 32. 2. Reg 22. 3. Reg. 8. Psalm. 2. uers. 8. & 21. uersu 28. & 67. uersu 32. & 85. uersu 9. & 86. uersu 4. Ierem. 16. Ioel. 2. Mich. 4. Soph. 3. Zachar. 2. & 9. Math. 2. & 4. & 8. & 21. & 22. Luc. 2. Ioan. 1. & 8. & 10.

& 10. & 19. & Apocalyp. 21. Act. 8. & 10. Luc. 2. ad Rom. 14. 1. Corinth. 10. ad Eph. 2.

Impura auis est noctua.) Tum quia erat in lege prohibita tanquam immunda, Leuit. 11. Deut. 14. tum etiam quia nocturnæ istæ aues improborum hominum ut plurimum adumbrationes esse solēt, noctem enim τὴ πολλῶν κακῶν ἀρχηγὸν rectè appellauit Menander. Procopius: Damnantur (inquit) in lege Moſis noctis ac tenebrarum amicæ aues, noctua, veſpertillio &c. quia tales mala faciunt, ait enim Chriſtus omnem qui mala facit odiſſe lucem: & Nouatianus ſue auctor epiſtolæ de cibis Iudaicis: Quādo noctuam (inquit) prohibet, odit lucifugas ueritatis. At hic Chriſtus non comparatur noctuę, quod ut illa tenebras amet: ſed quod inter tenebras uerſetur quærēs ſcilicet eos qui in tenebris degunt, ut præſtantiſſimam cognitionis, & amoris ſui lucem illis præferat. Similis huic Phariſaica illa fuit obiectio Matthæi. 9. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter ueſter? cui ipſe Dominus reſpondet. Non eſt opus ualentibus medico, ſed male habentibus: &, Non ueni uocare iuſtos ſed peccatores.

Peccatum fecit.) 2. ad Corinth. 5. cuius loci explicatio haud rectius aliunde peti poteſt quam ex eodem Paulo ad Roman. 8. Deus (inquit) filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum in carne. itē ex Iſaiæ illo: Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrū &, Cum iniquis reputatus eſt. cap. 53. Haud diſſimili tropo appellatur Chriſtus a magno Baſilio in ſermone de Chriſti paſſione nondum quod ſciam uulgato. ἀνάθεμα ὑμῶν: & à Paulo, Maledictū, ad Galat. 3. Factus inquit eſt pro nobis maledictū; & prophetico ſermone a Moſe Deut. 21. illis uerbis: Maledictus a Deo eſt qui pēdet in ligno. quæ aduerſus Iudæos ut & Epiphanius hic, diſputās citat & illuſtrat Iuſtinus in libro contra Triphonem, & Tertull. aduerſus Iudæos. Nec uero obſtare (ut & hoc obiter) quod à Deo maledictum dicat Moſes, eleganter docet noſter Epiphanius aduerſus Marcionē hæreſi 42. confutatione. 2. & veros tùm Pauli tùm Moſis ſenſus explicat. Verùm (quando is me locus admonet) dicam conſiderandum eſſe, an vel minus fidum, vel certè diligentem interpretem egerit ibi Cornarius (Græca nobis ad manum non ſunt) Epiphaniū enim arguentē Marcionē de male intellecto Moſis loco, ita vertit: Ignorat autē miſer ille quod nec Chriſtus maledictio facta, abſit: ſed maledictionem propter peccatum noſtrum abſtulit, vbi (addit) ſe ipſum crucifixit & factus eſt mors morti propter pec-

cata nostra &c. at quì Christum se ipsum crucifixisse Theologi renuunt, cum S. Thom. 3. p. q. 47. art. 1. ad 1. Deinde vna linea interposita concedit quidem Christũ redemisse homines at negat emisse, verba sunt. Sic etiam redemit (Christus) nõ dixit (Paulus) emit, nec enim ad alium venit vt raperet aut emeret si enim emisset non habens emisset, & velut mendicus, quę non habebat acquisiuisset, & adeptus nos vendidisset à quodam videlicet fœneratore impulsus &c. hoc autem repugnare videtur Paulo dicenti empti enim estis pretio magno 1. ad Corinth. 6. in quo articulo videndi sunt doctores qui de Christi satisfactione agũt. & Thomistæ in 3. p. tùm q. 1. art. 2. tum q. 48. artic. 4. vbi S. Thomas dum respondet ad primam obiectionem hanc ipsam quæ in Cornarij versione legimus, diluit. Quinimo & idem Epiphanius. lib. 2. cap. 66. in fine dum confutat Manichæum apertis verbis contra ipsum (qui præfata affirmabat) docet vtrumque verum esse & Christum humanum genus redemisse & emisse. itaque cautè legendus Cornarius. Esto hæc iustioris in Epiphanio nostro industriæ rudis quædam adumbratio.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΕΛΙΣΣΗΣ.

Κεφάλαιον ΚΑ'.



Ἰρηται δ' ἀπὸ τῦ σοφοῦ, μικρὰ ἐν πετηνοῖς μέλισσα καὶ ἀρχὴ γλυκασμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ωσαύτως τὰ θεῖα ἔργα αἰ ἐξιχνίασαι ἐν αἰθρίαις καὶ θαυμασὰ ἐν ὑλώδεσι, καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι, καὶ πηγίον, καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ κτίσματα.

De Ape Cap. XXI.

AIT sapiens: Parua inter aues est apis & principium dulcedinum fructus illius.

INTERPRETATIO.

HAud aliter diuina opera incomprehensibilia sunt in hominibus, & mirabilia in excelsis, & super mel & fauum ac supercreata omnia dulciora.

NOTAE.

Sapiens.) Plinius auctor est noctuas & apes feralibus odijs dissidere. Itaque iungemus capitibus hisce agnos tygribus. Locus est Ecclesiastici (vt vocamus) cap. 21. vbi & eadem habentur verba & ferè simili translatione declarantur.

Apis.) Nullum ferè est naturæ opus sic admirandum, vt apis. Nã verò vt periti pictores vel sculptores, vt ingenij vires atque in arte præstantiam ostentent, minutissimam eligunt materiem in qua rei euisce quam fingunt, ita partes discriminant, vt vnaquæque perfectissime cernatur, exprimatur, viuat: sic naturæ huius architectus Deus in breuissimo insecti corpusculo sapiẽtiæ suæ diuitias mirũ in modũ profudit. Quod enim bestiolæ iudicium? quæ in opere industria? quæ sedulitas? quæ politia? quis ordo? Deinde quam abscondita, atque adeo humano captu maior illius natura, opus peragit omnium longe mortalibus vtilissimum, ac communissimum. & tamen ita peragit, vt nullus adhuc quantumuis curiosus, extiterit, qui aut miras cellularum fabricas viderit, aut laboris & industriæ rationem comprehenderit. Quin & quod in alijs animãtibus cognitioni obuiũ esse solet, generatio, ea in apibus æque abstrusa: Nã ferunt quidã ex apibus gigni apes: alij ex putrefacto melle oriri: nõnulli ex putrissimo, eiecto ibi semine: multi intus emisso & conseruato, iuxta ac pisces: nec desunt qui ex bubula putrefactione, in quibus est & Homerus, & Dionysius Vticensis lib. 15. cap. 2. & Bianorus a quo in epigramate titulo εἰς θεράποντα ϗ θεράποντας, βεγγώσεις appellã ur: & ex nostratibus: Virgilius: Aristoteles ipse post longam discussionẽ vix certi quid statuit. Dictum hoc sit vt intelligatur, diuina opera quorum altitudo percellebat Paulum, merito ex apum operibus ac natura adũbrari. Qui autem exactius huius animalculi historiam velit discere, adeat philosophum lib. 3. cap. x.

cap. x. Plinium lib. xj. a cap. 5. Virgil. lib. 4. Georgicon, vt citem magis obuia: nec enim inter ſacros aut prophanos ſcriptores reperietur quiſquam, apud quem non ſit frequentiſſima apum mentio.

Fructus.) Mel, a quo & ipſa apis græcam denominationem accepit μελίσσα aut ſi Muſeæ credendum eſt & mel, & apis ab oreade nympha Meliſſa nomine quæ fauos melle plenos reperiens prima in Peloponeſo, & cibo & apibus nomen dedit. Higinius paulo aliter fabulam narrat. Vocat autem mel fructum apis, quod ab ea potiſſimum hoc munus habeamus: etſi alias, quam in ſimblis mel inueniri norum ſit, nec multum conſtat an ros ipſe maturnus mel ſit ab apibus ſorptus, ac poſtea in cellulis vorſus an ab ipſis intus conficiatur.

Principium dulcedinum.) Nam mel dulciſſimum eſſe dulcium omnium tradunt & medici & phyſici. Homerus melli dulcedinem, vino ſuauitatem vt proprium attribuit: ſic tropo pro quauis re dulci accipitur & mellitam linguam eloquentiæ dulcedine pollentem vocamus. Hinc apes Homero, & Heſiodo, & Ambroſio noſtro Mediolanenſi recens editis in ore mellificantes facundiam præmonſtrarunt. Et Leuitici. 2. vetabat Dominus ne quidquam aut fermenti aut mellis adoleretur in ſacrificijs. vbi mellis nomine Clemens Alexandrinus, Origenes, & Hieronymus mundanæ eloquentiæ lenocinia ſignificari auctores ſunt.

Sic diuina opera.) Multorum rerum ſymbolum eſt apis, tam apud ſacros quàm prophanos ſcriptores. Deo hic comparatur, tam quòd, illius opera (vti diximus) abſcondita ſint, quàm quòd & mirabilia & dulciſſima. Vulgare eſt Phocylidis illud (cuius in honorem apis mentionem facimus) apud Stobæum ſerm. 65. vbi quatuor referuntur animalia ex quibus fœminæ natæ exiſtimãtur, ex cane, quæ omnino moleſtæ ſunt, ex ſue, quę nec bonæ nec malæ, ex equo, quæ aliquantulum commodæ, ex apicula, quę optimæ. Simonidis etiam apud eundem auctorem ſermone 71. extant in idem elegantiſſimi verſus.

Incomprehenſibilia.) ἀνεξιχνίαστα qua etiam voce apud Iobum virtus ac ſapiẽtia Dei extollitur c. 21. qui facit magna (καὶ ἀνεξιχνίαστα) & incomprehenſibilia & mirabilia quorum non eſt numerus, Paulus item loco citato vias Domini ἀνεξιχνιάστους appellat vbi Latinus interp. inineſtigabiles reddidit. Porro ad hanc diuinorũ operum (vt ſic dicamus) incomprehenſibilitatem ſpectat patheticũ illud atq; impiũ forſan Plinij, Furor eſt profecto

furor

furor egredi ex eo, & tanquam interna eius cuncta iam sint nota ita scrutari extera: quasi vero mensuram vllius rei possit agere, qui sui nesciat: aut mens hominis videre, quæ mundus ipse non capiat.

Mirabilia.) Dauid sæpissime Deum vocat τὸν ποιοῦντα τὰ θαυμάσια. Damascenus & illo antiquior Sinesius Christum θαυματουργόν appellant.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΞΗΡΟΒΑΤΡΑΧΟΥ.

Κεφάλαιον ΚΒ'.

Ὁ ξηροβάτραχος δέχεται τὸ θερμὸν τῆς ἡλίου, τοῦς τε πάνυ, ὀμβρους, αἰέμους, καὶ χειμῶνας, καὶ παίτα ὑποιλύει, ἀδαμῶς τε ἀπορρηκτός ἐστιν: ὁ δὲ ὑγροβάτραχος ἀδυνατεῖ ὑπομεῖναί τι τῶν τοιούτων, ἀλλὰ καταβάλλεται τοῦ χειμῶνος, βάλλει ἑαυτὸν εἰς τὸ βυθὸν,

ἵνα-

βαλάμφαντος δὲ τ ἡλίε, ἐξερχόμενος ἡδέως θερμαίνεθ, ἐπεὶ δὲ ἡ τε ἡλίου θερμὴ παχυνθῇ, ἐυτὼ φέρειν οὐ δυνατα, καὶ πάλιν ῥίπτει ἑαυτ βυθόν δε.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ο τω καὶ οἱ μοναχοὶ, οἱ μὴ ἀσκούμενοι οὐχ οἷοί τε ἔσονθ ὑπομένειν πεῖναν, δίψαν, γύμνωσιν, ἐγκράτειαν, & χαμαικοιτίαν, οἱ δὲ ἐναχολούμενοι ἥδιστα ταῦτα ποιοῦσι, καὶ πάντα φέρουσιν.

De terrestri rana. *Cap. XXII.*

TErrestris hæc rana calorē solis excipit, & gelu, imbres, ventos, & hybernas tempestates sustinet. Aquatica vero nihil horum tolerare potest: verum ingruente hyeme se ipsam in profundum demittit: Sole vero emicante emergens placide incalescit: cum autem solis calor increuerit, ferre illum non potest, ac denuo in profundum sese deijcit.

INTERPRETATIO.

SIc & qui otiose degunt monachi minime poterunt famem, sitim, nuditatem, continentiam, & humi cubationem tolerare. Qui vero otio non indulgent, libenter ieiunant, atq; omnia sustinent.

NOTAE.

Rana.) Et nunc male cum apibus agetur, cum ranas earum generi infestissimas tam propè coniunxerimus. Aristoteles enim: Ranæ (inquit) quæ in luto degunt (πλαπαῖοι) apes ad aquam accedẽtes rapiunt, quam ob rem eas apiarij per stagna & paludes venari solent. & Plinius: apibus aquantibus ranæ insidiantur, nec hæ tantum quæ stagna riuosque obsident, verum & Rubetæ veniunt vltro, adrepentesq; sufflant. cum Aristotele & Plinio sensit Ælianus.

Terrestris.) Duo hæc ranarum genera, terrestre & aquaticum re ctè constitui experimento discimus: dignoscere autem quæ earum ad illorum vnumquodque pertineant, non ita obuium. In eam sententiam frequẽtiores eunt physici, vt terrestres esse dicant, Calamitas, quæ quòd inter arundineta degunt, sic vocantur: Rubetæ, quæ & in rubis & vepribus: quædam aliæ cornutæ: gibbosæ aliæ: aliæ stercorariæ dictæ, quòd vt plurimum sub stercore lateant. quibus si bufones annumeres non id sine auctore fiet.

Nihil horum.) Plinius auctor est aquaticas ranas semestri tantùm vita in limum resolui, ea ratione quod hybernis mensibus nullæ conspiciantur: sed reprehenditur à recentioribus, & merito: nam veteres ranas verno tempore iterum apparere constat; latent igitur interim ob frigoris impatientiam. Albertus, Hyeme (inquit) latet rana extra aquam in rimis calidis & aliquando in aquis sub terra, quæ hyeme sunt calidæ, vere procedit ad aquas. Et Matthæolus: in paludibus illis quæ per hyemem non conglaciantur omni tempore, præcipue tamen vere, ranæ reperiuntur. Aristophanes diebus apricis in paludibus suis salire eas per cyperũ & phleon (fruteti genus est) ait. vbi interpres, sole & calore gaudere scribit. Spectat huc etiam quod ex Arato, Plinio, Plutarcho, & Aeliano vulgo traditur, scilicet cum illæ altius vel clarius solito coaxant (sic vocant earum obstreperos sonos) pluuiam portendi: quoniam (vt ex Theone citat Rhodiginus) frigidiorem reddi aquam conqueruntur.

Sic monachi.) Rana aquatica magis est deses, quam terrestris, quæ & per proceras arbores repere, & in altioribus ramusculis coaxare solet. aquatica contra semper in aquis.

Qui

Qui otioſe degunt.) Malorum omnium lærnam eſſe otium quamplurimis veterum auctorum teſtimonijs conſtat: cum autem omnibus pernicioſum ſit, maxime tamen ijs qui monaſticen profitentur, exitiale eſt: qui ſcilicet ſi otiandes ſtationem deſerant, hoſtes quidem vltro accerſunt, id eſt prauas animi affectiones, quæ aduerſus ſpiritum ſemper militant, prouocant, & validiores efficiunt: tandem experimento diſcunt ſcriptoris Græci verum eſſe illud, πέφυκεν ἐξ ἀνοχῆς, Sanctus Hieronymus ſcribens ad Ruſticum monachum de viuendi forma, vnum illud admonet, ne otioſus vnquam ſit, ſed vel ſiſcellam texat iunco: vel caniſtrum lentis plectat viminibus: humum ſarriat: areolam æquo limite diuidat: plantas per ordinem ponat: aquas irriguas ducat: texat lina capiendis piſcibus. quæ ipſius verba ſunt. hunc enim fuiſſe monachis Aegyptijs morem, vt neminem inter ipſos otioſum eſſe ſuſtinerent, ibidem teſtatur. extat autem fragmẽtum hoc apud noſtrum Gratianum tomo 5. titulo de conſecratione. Chryſoſtomus in homilia de vita monachorum, nullam illos horam exercitatione vacuã habuiſſe ſcribit. Et Baſilius in inſtituto hoc coryphæus monaſteriorum fermentum otioſos vocat. eadem doctrina ex Climaco, Caſſiano atque alijs id argumenti ſcriptoribus facile colligitur. Quod cum ita ſit, æque tamen commendatur in monacho vitæ quies: Nec enim (etſi prima fronte contraria videantur) repugnat, monachum non eſſe otioſum, & tamen in quiete viuere. In Vaticana bibliotheca (cuius certe inexhauſtos theſauros quotidie experimur) extant inter Græca, Eſychij opera plut. 4. n. 329. in quibus alius latet auctor nomine Antiochus, qui (quod ſciam) nondum vulgatus eſt. Codicis epigraphe eſt. τῶ ἁγίῳ ἀντιόχου περὶ διαφόρων κεφαλαίων διάφορα Sancti Antiochi ad Euſtathiũ diuerſa capita. Nec ſtatuerim an is ſit Antiochus qui Ptolemaidis epiſcopus fuit, natione Syrus, eloquẽtia clarus, quam & Conſtantinopoli profeſſus eſt, an ille alter Euſebij Samoſatẽſis ex ſorore nepos, qui imponi ſibi manus ab Ariano epiſcopo paſſus non eſt: ille iunior fuit, & ſub Arcadio vixit: iſte vero antiquior, & ſub Valente. Euſtathios item duos legimus, vnum epiſcopũ Antiochenũ, & qui in cõcilio Nicæno de Conſtantini laudibus orationẽ habuit, ſanctitate clariſſimus, qui & ſub Conſtantio cõfeſſor occubuit, catholicæ fidei propugnator acerrimus: alterũ qui primus inter Armenos monaſtices auctor cenſetur: cui Baſilij aſcetica a pleriſq; adſcribũtur. Sebaſtenus ex monacho epiſcopus, quiq; in errores aliquot poſtmodum lapſus creditur, a quibus ipſe ſe in concilio purgauit: uixit au-

tem tẽporibus Valentis, cui cũ ſynchronos fuerit prior Antiochus, veroſimilius eſt illum eſſe ad quem inſcribitur liber: utcunque ſit Antiochi extat opus quod dico, aureum quidem illud & quod totum ad monaſticæ vitæ perfectionem pertinet: in eo primum caput eſt, περὶ ἡσυχίας, De quiete. initium autem tale ferme: Iuuat monachũ quies: nam ſi & ſcelere vacauerit, & quatuor in oratione virtutes adiutrices acceperit, videlicet longanimitatem, vigilantiam, humilitatẽ & temperantiam, nullum ea ad perturbationum uacuitatem certius compendium dari poteſt. Deinde φιλοπονηρὸν μοναχὸν graphice deſcribit, & quàm ſit neceſſaria virtus hæc huiuſce inſtituti ſectatoribus docte explicat.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΑΡΑΔΡΙΟΥ.

Κεφάλαιον ΚΓ'.

Ἔστι δὲ πετεινὸν λεγόμενον χαράδριος. ὁ φυσιολόγος ἤλεγξε περὶ τούτου ὅτι ὅλον λευκόν ἐστι. μὴ ὅλως μελανίαν ἔχον. καὶ ἐάν τις νοσῇ, ἡ νόσος τοῦ ἀνθρώπου εἰ ἔστιν εἰς θάνατον, ἀποστρέφει ἀπὸ τοῦ νοσοῦντος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὁ χαράδριος, ἐὰν δὲ ἡ νόσος περὶς ζωὴν ἐστιν, ἀτενίζει τὸν νοσοῦντα ὁ χαράδριος, καὶ ὁ νοσῶν τὸν αὐτόν.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτως ὁ κύριος ἡμῶν χριστὸς ὁλόλευκός ἐστι, μηδεμίαν μελανίαν τοῦ κόσμου ἔχων. ὃς μὲν ἀπὸ τῶν ἀπολλυμένων προσώπων ἑαυτὸν ἀποστρέφει, ὃς δὲ τῶν ἁγίων εἰς τὸ πρόσωπον βλέπει. ἅγιοι δὲ εἰσὶν

ρᾶς μοι, ὅτι χαράδριος ἀκάθαρτός ἐστι, & πῶς φέρεται εἰς πρόσωπον τῶ χριστοῦ; ἀκάθαρτος δὲ ὄντι καὶ ὁ ὄφις καὶ ἐμαρτύρησεν αὐτὸ ὁ χριστὸς λέγων, καθὼς ὕψωσε μωσῆς τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.

De Charadrio. Cap. XXIII.

EST auis charadrius dicta, quam Physiologus ait albam esse totam absq. vlla prorsus nigredinis nota. Porrò si quis morbo laboret, sitque hominis ægritudo læthalis, prospectum suum charadrius ab illo auertit: Sin vero morbus vitæ securitatem promittat tunc charadrius in ægrum intendit visum, & vicissim æger in charadrium.

INTERPRETATIO.

SIC Christus Dominus noster candidus est totus, absque vlla mundana nigredine, qui à reprobis vultum suum auertit: in sanctorum autem faciem respicit. Age, quomodo (inquies) cum charadrius impura sit auis, personam Christi sustinet? impurus quidem est & serpens, quē tamen in testimoniū adduxit Christus, dicens: Quēadmodum exaltauit Moses serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis.

NOTAE.

(*charadrius.*) Auē hanc inter nocturnas numerat Aristoteles lib. 9. cap. 11. à quo nec Græca ipsa etymologia

gia abhorret, vt idem Philosophus auctor est: πτὶ ὃ οἰκήσεις, (ait de domicilijs volucrum agens) οἱ μὲ περὶ τὰς χαράδρας οἱ ὃ χειμαὶς ποιοῦσι τὰς κὴ πέτρας, ὅθ ὁ καλούμενος χαράδριος. Et Aristophanis scholiastes: vocatur (inquit) charadrius διὰ τὸ τὰς χαράδρας διαλείβειν, quod incolat hiatus seu terræ voragines. Gaza in Aristotele nunc hiatulam, aut hiaticolam reddit, nunc rupicem, eodem spectante vocis significatione.

Albam esse totam.) Non explicat Aristoteles quo colore sit charadrius, verum docet esse & colore & voce praua: verba illius sunt. ἔστι δὲ ὁ χαράδριος καὶ τὴν χρόαν, κὴ τὴν φωνὴν, φαῦλος: praua est hæc auis & colore & voce. vertente Gaza: Albertus cum Physiologo sentit, & albam esse totam testatur.

Morbo laboret.) Auctor anonymus psalmorum commentator in commentario Psal. 84. vers. Deus tu conuersus viuificabis nos. idem omnino de charadrio scribit. Albertus etiam & recentiores alii. Illud vero & magis notum, & melioris notæ auctoribus commune, charadrij prospectum regio morbo laborantibus prodesse. Aelianus: charadrius auis eximio naturæ beneficio affecta est: nam siquis ictericus in eam acerrime intueatur, illa contra fine nictatione ex animo respiciat, sic affectum hominem suo obtutu ad sanitatem reducit. Suidas idem de charadrio narrat, verbo ἰκτερὸς; atque alibi ex Didymo prouerbium citat (χαράδριον μιμούμενος, charadrium imitans) vbi eiusdem proprietatis meminit. Apud Aristophanem item, & illius interpretem eadem fere de hac aue leguntur: nec diuersa in Heliodoro Aethyopicæ historiæ lib. 3 & Plinius autem huius proprietatis auem non charadrium, sed icterum vocat lib. 30. cap. 11.

Reprobis.) Significat diuinum illud à mortalium intellectione longe semotum, de hominis vel reprobatione, vel salute, præiudicium: est autē comparatio qualis esse potest in re omnium abstrusissima non certe in omnibus apta: auis enim hæc (vt de ea, quam hic Physiologus narrat, proprietate dicamus,) non morbi aut salutis homini causa est: verum id solum naturę beneficio assequitur, vt moriturum vel victurum cognoscat; Dei contra voluntas ipsa efficiens est, & finalis (vt logici loquūtur) causa, hominis vel salutis vel reprobationis: ita vt nostra salus ex præparata à Deo in præsenti agone amoris sui gratia: & post hunc æterna felicitate præordinata definiatur; contra reproborum derelictio in denegata diuina beneuolentia, & æterni cruciatus supplicio decreto. Quod cum ita sit, & superna hæc constitutio, non ab vllo impediri possit, non immutari, erunt nihilosecius reatuum suorum (quibus æterni ignes merito destinabuntur) ipsimet miseri sola & potissima

causa,

cauſa: quibus videlicet liberũ adhuc fuerat; talia non committere. Ad hæc Deus ipſe, qui quod huic vltro concedit, illi ultro denegat, bonitatis, iuſtitiæ, miſericordiæ vnica & abſolutiſsima idea. Itaque conſultius eſt (vt ait Ieremias) in ſilentio & ſpe ſalutare Dei præſtolari. Me quidem theologicæ diſciplinæ rudem hominem mirifice confirmat, quod lego in Auguſtino, ſalutem nempe meam multo magis cordi eſſe Deo, quam mihi ipſi, reprobationem contra dolori ac mæſtitiæ (vt humano captui voces accommodẽtur). Deinde (vt eſt apud Origenem) in altiſsimo iſto abyſſo nullam eſſe ſecuriorem anchoram, quam ambulare in Dei timore, & humiliter de ſe ſentire.

Auertit.) Auertere faciem ſuam dicitur Deus, ab his quos reprobat & odio habet: contra, eos reſpicere, quos approbat & diligit. Atque hi frequentes ſunt in ſcriptura ſacra loquendi modi: Certe ab vno Dauid non pauca peti poſſunt vtriuſque phraſeos teſtimonia, qui id vnum malorũ omnium maximum arbitrabatur, ſi à ſe faciem ſuam auerteret Dominus, pſal. 12. verſ. 1. & 26. ver. 9. & 29. verſ. 8. & 43. verſ. 24. & 68. verſ. 18. & 87. verſ. 15. & 101. verſ. 2. & 131. verſ. 10. & 142. verſ. 7. contra, rex idem aſpici à Deo feruentiſsime orat pſal. 12. verſ. 4. & 24. verſ. 16. & 65. verſ. 7. & 85. verſ. 16. & 89. verſ. 16. atque alibi: Geneſeos locus ille qui huius argumenti ſcriptoribus in ore eſt, vtrumque coniunxit: Reſpexit Dominus (inquit Moſes) ad Abel, & ad munera illius: ad Cain autẽ & ad munera illius non reſpexit. Hilarius in expoſitione pſal. 65. vtriuſque tropi in ſcriptura ſacra frequentiam multis exemplis docet.

Immunda.) Quia & charadrius inter aues quibus vetus lex veſci prohibebat, cõtinetur Leuit. 11. & Deut. 14. Radulphus Flauiacenſis non vltimæ ætatis auctor in commentario illius loci: Sed & charadrion (inquit) auis garrula, nimiam quorundam redarguit loquacitatem.

Sicut exaltauit.) Ioan. 3. habetur autem hiſtoria num. 21.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΚΥΠΡΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΒΑΙΑ
ΛΟΓΟΣ.

BEATI EPIPHANII
EPISCOPI CYPRI
IN DIE FESTO
PALMARVM
SERMO.

Cum ſcholijs.

LECTORI.

NON abs re litteraria fore duxi, (candide lector) si Epiphanij Physiologo eiusdem sancti nondum vulgatus (quod sciam) in Palmarũ festiuitatem hymnus, sub eodem SIXTI V. Pontificis Maximi nomine, iret comes: hymnum quidem merito appello, quem totum pijs inuocationibus, encomijs, votis, iubilis plenum legis. Hunc instructissimæ Antonij Caraphæ Cardinalis optimi & amplissimi bibliothecæ debes: ex cuius videlicet antiquo quodam Græco codice Gerardus Vossius Belga vir doctus & pius eum exscripsit, & nobis pro veteri mutuæ amicitiæ nostræ iure communicauit. Itaque Latinum ex Græco duabus aut tribus adiunctis notulis exhibemus. Et vero exhibemus, in eam spem adducti, vt tantis duobus patronis commendatus Epiphanius, Sirleto nempe & Carapha, beneuola luce perfruatur. Carapha, quem certe studiosi protectorem, boni parentem, doctrina refugium, virtus asylum agnoscunt. Datur hoc diuino numine sacrosanctis hisce studijs, vt numquam sine Mecœnatibus iaceant: itaque vno

Auulso, non deficit alter
Aureus.

Vale.

SANCTISSIMO D. N. SIXTO V. PONT. OPT. MAX.

HASCE *etiam melioris temporis exuuias Pater Beatissime, nomini tuo sacras esse decet: nam si auctorem, ideſt sanctissimum Episcopum, si argumentum, ideſt populi institutionem consideres, vni tibi Episcoporum Episcopo, Catholicæ Ecclesiæ magistro merito debentur. Jam si & industriæ nostræ rationem habeas, id certè omne antiquo ciuitatis huius tuæ iure, quod dominis in seruorum bonis datur, vindicabis. Vale Felix.*

S. T.

Humilis seruus

D. Consalus Ponce de Leon.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΚΥΠΡΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΒΑΙΑ.

Κύριε εὐλόγησον.

ΧΑΙΡΕ σφόδρα θυγάτηρ Σιών, τέρπε καὶ ἀγάλλου πᾶσα ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, ἰδοὺ γὰρ πάλιν ὁ βασιλεὺς σοῦ παραγίνεται, ἰδοὺ ὁ σὸς νυμφίος ἐπὶ πῶλου καθήμενος ἔρχεται. ἐξέλθωμεν εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, ἀσπάσωμεν ἰδέσθαι τὴν δόξαν αὐτοῦ, προφθάσωμεν φαιδρῶς εἰς τιμὴν τὴν εἰσόδου αὐτοῦ. πάλιν ὁ βασιλεὺς Σιών, τῶν ἐθνῶν ἡ πρόσδοκία ἐπὶ τὴν Σιὼν ἔρχεται, πάλιν τῷ κόσμῳ σωτηρίαν χαρίζεται, πάλιν τὸ φῶς ἐφίσταται, πάλιν ἡ πλάνη πίπτει, πάλιν αἰθεῖ ἡ ἀλήθεια, πάλιν ἡ ἐκκλησία χορεύει, πάλιν ἡ σωσαγωγὴ χαρά, πάλιν ἀμύνονται δαίμονες, πάλιν καταίρα λύεται, πάλιν ἐθναῖοι ταράττονται, πάλιν ὁ δράκων σωζίβεται, πάλιν τὰ ἔθνη ἀφαίνονται, πάλιν Σιὼν καλλωπίζεται. χριστὸς ἐπὶ πώλου, ὡς ἐπὶ θρόνου καθήμενος ἔρχεται, οἱ οὐρανοὶ ἀγάλλεσθε, ἄγγελοι ὑμνήσατε, τὰ ὄρη ἀφαίνεσθε, οἱ βουνοὶ σκιρτήσατε, ποταμοὶ κρυτήσατε, οἱ ἐν Σιὼν χορεύσατε, αἱ ἐκκλησίαι χαίρετε, ἱερεῖς ὑμνήσατε, προφῆται προφθάσατε, μαθηταὶ κηρύξατε, λαοὶ ἀναιτήσατε, πρεσβύται σωφράμετε, αἱ μητέρες χορεύσατε, οἱ θηλάζοντες ἄσατε, νεανίσκοι βοήσατε, τὰ ἔθνη σωάχθητε. πᾶσα κτίσις, πᾶσα φύσις, πᾶσα τάξις, πᾶσα γνώμη, πᾶσα ἡ γῆ, πᾶσα ἀξία, πᾶσα ἡλικία, πᾶσα ἐθναρχία, πᾶσα βασιλεία, βασιλικῶς τῷ βασιλεῖ τῷ βασιλέων ἀναιτήσωμεν, τῷ θεῷ τῷ θεῶν θεϊκῶς αἰαμέλψωμεν, τῷ νυμφίῳ τῆς ἀφθαρσίας θεονύμφως χορεύσωμεν, τὰς λαμπάδας φαιδροὶ φαιδρῶς ἐφαψώμεθα, τοὺς χιτῶνας τῆς ψυχῆς θεοπρεπῶς ἐξαλλάξωμεν, τὰς τοῦ βίου ὁδοὺς καλῶς ἐσιμάσωμεν, τὰς εἰσόδους τῶν ψυ-

χῶν

BEATI EPIPHANII
EPISCOPI CYPRI
in die festo Palmarum.

Benedic Domine.

AVDE plurimum filia Sion; lęta re & exulta vniuersa Dei Ecclesia: Ecce enim iterũ accedit ad te Rex, ecce sponsus tuus pullo insidens venit; procedamus illi obuiam, festinemus vt eius videamus gloriã, ingressus illius honorem alacriter præoccupemus. Iterum Rex Sion expectatio Gentium in Sion venit, iterum mundo salutem largitur. iterum lux mittitur, iterum error expellitur, iterum collucet veritas, iterum Ecclesia ducit choros, iterum Synagoga viduatur, iterum Dæmones pudore afficiuntur, iterum soluitur maledictio, iterum confunduntur Iudæi, iterum Draco conteritur, iterum Gentes exhilarantur, iterum illustratur Sion. Christus in pullo tanquam in throno sedens procedit, exultate cœli, hymnos dicite Angeli, lætamini montes, exilite colles, plaudite flumina, qui habitatis Sion ducite choreas, ecclesiæ gaudete, sacerdotes hymnos dicite, prophetæ præuenite, discipuli prædicate, exite obuiam populi, concurrite senes, matres choreas agite, lactantes canite, iuuenes clamate, congregamini Gentes, omnis creatura, natura omnis, omnis ordo, omnis spiritus, omnis terra, omnis dignitas, omnis ætas, omnis natio, omne regnum Regi regum regali cultu obuiam eamus, Deo deorum diuinitus canamus, sponso incorruptionis, quales diuinum decent sponsum, choros ducamus, hilares hilari vultu lampadas accendamus, animorũ vestes, vt Deo conuenit, immutemus, vias vitę recte paremus, animorum

χῶν τῷ βασιλεῖ ἀγανοίξωμεν, τὰ βαΐα τῆς νίκης ὡς νικητῇ τοῦ θανάτου βαστάσωμεν, τοὺς κλάδους τῆς ἐλαιῶν τῷ ἐκ Μαρίας κλάδῳ θεωρητῶς ὑποπίπτοντες, τὰ ἀγγέλων τῷ θεῷ τῆς ἀγγέλων ὑμνήσωμεν, μετὰ τῆς παιδῶν θεωρητῶς ἀναβοήσωμεν, μετὰ τοῦ ὄχλου, τὰ τοῦ ὄχλου, καὶ οἱ ὄχλοι βοήσωμεν, ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. ἐπέφανε τοῖς ἐν σκότει, καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις ἡμῖν, ἐπέφανεν ἡ τῆς πεπλανημένων ἀνάστασις, ἐπέφανεν ἡ τῆς αἰχμαλώτων ἀπάρρυσις, ἐπέφανεν τῆς τυφλῶν ἡ ἀνάβλεψις, ἐπέφανεν ἡ τῆς ἀσθενούντων εὐδάμωσις, ἐπέφανεν ἡ τῆς κοπιώντων ἀνάπαυσις, ἐπέφανεν ἡ τῆς διψώντων ἀνάψυξις, ἐπέφανεν ἡ τῆς καταπονουμένων σκέπωσις, ἐπέφανεν ἡ τῆς ἀπεγνωσμένων λύτρωσις, ἐπέφανεν ἡ τῆς ἀπεγνωσμένων εὐδάμωσις, ἐπέφανεν ἡ τῆς χωριζομένων ἕνωσις, ἐπεφάνη ἡ τῆς καταπονουμένων ἀπάρρυσις, ἐπεφάνη ἡ τῆς νοσούντων ἴασις, ἐπεφάνη ἡ τῆς χειμαζομένων γαλήνη. διὸ καὶ ἡμεῖς οἱ δῆμοι, μὴ τῷ ὄχλῳ βοήσωμεν, λέγοντες σήμερον χριστὸς, ὡσαννὰ, τουτέστι σῶσον δὴ ὁ ἐν ὑψίστοις θεὸς. ὦ καινῶν εὐδαδόξων θαυμάτων καὶ θαυμάτων. χθὲς χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἤγειρε λάζαρον, καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς δηὶ τὸν θανάζειν ἔρχεται. χθὲς λαζάρου τὰ σπάργανα ἔλυσε, καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς ἐν σπαργάνοις δεσμοῦθῶαι ἐκὼν εὐδοκίνεται. χθὲς ἐκ σκότους ἐξήγαγεν ἄνθρωπον, καὶ σήμερον ἐν σκοτεινοῖς τεθῶαι καὶ σκιᾷ θανάτου ἔρχεται δηὶ τὸν ἄνθρωπον. χθὲς περὶ ἓξ ἡμερῶν τὰ παχὰ δηὶ τῆς πέντε αἰσθήσεων τὸν τετραήμερον ὀζιήμερος ταῖς δυσὶ τ' ἕνα χαείζει) ἀδελφὸν, ἡ σήμερον δηὶ τὸν ταυτὸν ἔρχει). ἀλλὰ τῇ Μαρίᾳ μὲν τετραήμερον νεκρὸν, τῇ δὲ ἐκκλησίᾳ τεσσήμερον ἑαυτὸν χαείζεται ὁ χριστός. ἐκεῖ βηθανία μόνη θαυμάζει, ἐνταῦθα δὲ πᾶσα ἐκκλησία ἑορτάζει. ἑορτάζει ἑορτὴ ἑορτὰς, τὸν βασιλέα τῆς ἀσωμάτων ἐν αὐτῇ ἐν μέσῳ ὡς νυμφίον ἔχουσα, ὁμοῦ τε καὶ βασιλέα. ἑορτάζει ἑορτὰς, ὡς ἐλαία καρπὸς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἀφυλλορρόως πυκάζουσα, ὡς κείνον ἐαεινὸν εὐδαδείσου ὑπάρχουσα, ἐν ᾗ χριστὸς τὸ ὄντως ἀδιαλὲς κείνον, τὸ μὴ κρίνον, ἀλλὰ σώζον τ' κόσμον. ἐν ᾗ χρι-

σὸς

morum noſtrorum aditus Regi patefaciamus, victoriæ palmas, vt victori mortis portemus, admouentes prout diuinã decet maieſtatem, oliuarum ſurculos ſurculo ex Maria nato; angelicas laudes angelorum Deo concinamus, vna cũ pueris pro dignitate diuina vocem extollamus, cum populo, pariter populi quæ populum decent, conclamemus, O Sanna in excelſis, benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis ſedentibus in tenebris & in vmbra mortis. Apparuit reſurrectio lapſorũ, apparuit ſeruatio captiuorũ, apparuit viſus receptio cæcorũ, apparuit lugentiũ cõſolatio, apparuit laborantiũ requies, apparuit ſitibundorũ refrigeriũ, apparuit afflictorũ vindicatio, apparuit perditorũ redẽptio, apparuit deſperatorũ cõſolatio, apparuit diuiſorũ vnio, apparuit vexatorũ defenſio, apparuit ægrotantium medicina, apparuit fluctuantiũ trãquillitas. Quapropter & nos populi cũ populo conclamemus hodie Chriſto dicendo, O Sanna ſalua nos in altiſſimis Deus. O res nouas & ſupra omnium opinionem admirandas. heri Chriſtus a mortuis Lazarum excitauit, hodie vero ipſe properat ad mortem: heri Lazarum inſtitis exoluit, hodie ſeipſe ſponte ſua offert vinculis aſtringendum; heri è tenebris eripuit hominem, hodie propter hominem pergit vt & tenebroſa loca ſubeat, & vmbram mortis; heri ante ſex dies Paſchæ per quinque ſenſuum reſtitutionem triduanus quatriduanum fratrem, vnum duabus ſororibus condonat, & hodie crucem adit. Enimuero Mariæ quidem mortuum quatriduanũ, Eccleſiæ autem Chriſtus ſeipſum poſt triduum præbet. Ibi ſola Bethania demiratur, hic vero vniuerſa Eccleſia diem feſtum agit, ferias feriarum celebrat, Regem incorporeorũ ſpirituum veluti ſponſum ſimul & Regem in medio ſui habens, ferias ducit, & ſicut oliua fructifera in domo Dei frondibus nequaquã defluentibus obumbrat, & tamquam vernans paradiſi lilium exiſtit: in ea enim eſt Chriſtus vere floridum lilium qui non iudicat mundum, ſed ipſum ſeruat: in qua Chriſtus

σὸς τοῖον τὸ ἔντος ἰώμβνον τὰ πάθη τῆβ νοσούντων, ἓν ᾗ ἡ ἀμπελὼν, ὁ λέγων, ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, ἐν ᾗ ὁ ἐλαιὼν, ὁ ὄντως ἐλεῶν τοὶς ὑπίζοντας ἐπ' αὐτὸν, ἐν ᾗ ὁ τῆς ῥίζης ἰασαὶ ἐβλάστησε κλάδος ὁ προφώνιος, ἀγεωργήτας, καὶ αὐορύκτως τῆς ἀνθρωπίνης αἱρέσεως, ἐν ᾗ ἡ πηγὴ ἡ ἀέννασος, ἐν ᾗ οὐ Φυσὼν, Γεὼν, Τίγρις, Εὐφράτης, ἀλλὰ Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς, καὶ Ἰωάννης, οἱ τῆ χριστοῦ τῆς ἐκκλησίας ποτίζοντες ὡδάδεισον, ἔνθα πᾶσα σήμερον νεολαία, ὡς ἐλαία κατάκαρπος τὰς ἐλαίας κατέχοντες, τὸ ἐλεήμονα αἰζύμβν χριστὸν, πεφυτδμβνοι ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν ταῖς αὐλαῖς αὐτῆ ἐαρινῶς ἐξαν θοῦντες. ἑορτάζομβν ἑορτὴν, τὸν χμῶνα τὸν νομικὸν ὑποχωρήσαντα βλέποντες. ἑόρταζε χριστοῦ ἐκκλησία, οὐ τυπικῶς, οὐ σωματικῶς, ἀλλὰ πνδματικῶς ἐγχορδύσα, ἑόρταζε ἑορτὰς τὴν τῆβ εἰδώλων κατάπωσιν βλέπουσα, καὶ τῆβ ἐκκλησιῶν τὴν ἀνάστασιν ἔχουσα. μετὰ γὰρ Παύλου βοᾷ σοι τῆς ἱερᾶς καὶ μεγάλης φωνῆς, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθον, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινὰ, ἀλλὰ μὴν καὶ ὡδάδοξα. διὸ χαίρετε ἐν κυρίῳ, χριστοῦ νεολαία, χαίρετε χαίρεις χριστοῦ ἐκκλησία, τέρπου καὶ δ'φραίνου θύγατερ θεοῦ. σοῦ γὰρ πᾶσα ἡ δόξα ὡς θυγατρὸς τῆ βασιλέως χριστοῦ ἔστωθεν, ὁμῶς τε καὶ ἔξωθεν. οὐκέτι χήραν δρος, ἀλλὰ θέανδρος ἐξαν θοῦσα. οὐκέτι ἐξ δωνύμων θεοῦ δγὰ τὴν εἰδωλολαζίαν, ἀλλ' ἐκ δεξιῶν παρισαμβύη, καὶ κεκοσμημβύη δγὰ τὴν θεογνωσίαν. οὐκέτι ἄμαπ δουλικαῖ φυρδμβύη, ἀλλὰ αἵματι θείκαῖ σφραγιζομβύη. οὐκέτι τὸ ὠβὴλ, ἀλλὰ τὸν Εμμανουὴλ σέβουσα. οὐκέτι τὴν ζοάδα, ἀλλὰ τὴν τειάδα δοξάζουσα. οὐκέτι πημῶσα τὸ Πλάτωνα, ἀλλὰ τὸν παντοκράτορα θεὸν ἡμῶν. οὐκέτι Ηρακλῆ τὸν ἀλεξίκακον, ἀλλὰ τὸ ὡδάκλητον καὶ παίτων ποιητὴν. οὐκέτι προσκυνῆς Αριστοτέλη σοφίσαντα, ἀλλὰ θεὸν τὸν εἰς τέλη τῆβ αἰώνων σε σώσαντα. πέπωκε Κρόνος, ὅτι σεσάρκωται θεὸς λόγος, οὐ μὴν ἀνδρὸς ἐκ παθείας, ἀλλὰ θεανδρικῶς ἐκ Μαρίας ἐπιφανείς. ὁρᾶτε τῆς ἡμέρας τὴν χάριν, θεᾶτε τῆς ἑορτῆς τὴν λαμπρότητα. χαίρου τέκνον καὶ δ'φραίνου θύγατερ Σιὼν, τέρπου, καὶ ἀγάλλου πᾶσα ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ,

ἄρον

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΕΝΔΡΟΚΟΛΟΠΟΣ.

Κεφάλαιον ΚΔ.

Δενδροκόλαπτ ὄρνεόν ἐστι ποικίλον καθάπερ καὶ ὁ διάβολος ποικίλος ἐστι. πορεύεται δὲ ὁ δενδροκόλαπτ διὰ τῶν δρυμῶν ὑλῶν, καὶ τῇ σεσμυκτῆσι παίει, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούει: καὶ εἰ μὴ ἐστι κωφὸν καὶ ἀκάρδιον τὸ δένδρον, ἐκκόπτει, καὶ εἰς αὐτὸ εἰσέρχεται: εἰ δὲ ὁλοκάρδιόν ἐστιν, ἐκφεύγει, ἐκεῖθεν ἀπερχόμενος εἰς ἕτερον δένδρον.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτως ὅ, τε διάβολος διὰ δρυμῶν πορεύεται, τουτέστι διὰ τῶν ἀνθρώπων φύσεως, καὶ ὅπου ἂν δένδροις καθέζεται, ἤγουν τοῖς ἀνθρώποις μεταβάλλων τὰς καρδίας αὐτῶν εἰς τὴν ἀκαθαρσίαν, παίει καὶ τὰ ὦτα ἀκούει. καὶ ἐὰν μὲν ὁ ἄνθρωπος κωφός τε, καὶ ἀκάρδιός ἐστιν, ἐν αὐτῷ εἰσερχόμενος νεοσσεύει. ἐὰν δὲ ὁλοκάρδιος, ταχέως ἐκφεύγει, καὶ εἰς ἑτέρους ἐπανακάμπτει.

De Pico. Cap. XXIIII.

PICVS auis est varij coloris, quemadmodũ & Diabolus versipellis est; nemoris fruteta ingreditur, rostroq; petit, aurem ijs admouens, quod si siderata inanisue arbor fuerit, illam excidit, atq; excisam occupat: verùm si solidam deprehenderit, intactam relinquens, auolat, atq; aliam inuadit.

INTERPRETATIO.

NOn aliter Diabolus syluam, naturæ videlicet humanæ, intrat, atq; in arboribus considet, hominis inquam cor ad inhonesta traducens, ferit, atq. attentè obseruat. si itaq. hominem esse inualidum atq. excordem animaduertat, ipsum inuadit, & in eo nidum suum construit. quòd si firmo integroq. esse corde sentiat, fugit statim, & ad alios accedit.

NOTAE.

Picus.) Nulla ferè simplex vox est, qua significetur hæc auis: à Græcis δρυοκολάπης, δρυκόπος, δρυμοκόλαφ, καλοτύπος, πλεκτᾶς, appellatur, sed vbiq; compositè. scilicet à perforandis arboribus. Latini arboricidam, roborisecam, ligniperam vocant, eadem etymiratione. Picum etiam dicimus, sed retento prisco Pomonæ amatoris nomine,

Quem capta cupidine coniux,
Aurea percussum virga, versumq; venenis,
Fecit auem Circe: Aemilius Macer Theogonia Picumnum vocauit: *Et nunc agrestes inter picumnus habetur.* Refertur à Nonio.

Varij

Varij coloris.) Picorum genera quædam leguntur in Aristotele quorum quod minimum est, & piponum seu piprarum aliqui appellant, rubeis quibusdam distingui pennis, ait, & Albertus paruum & varium vocat. Virgilius in citato carmine: *Sparsitq; coloribus alas*. Ouidius in 14.

Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem,
Fibula quod fuerat, vestemq; momorderat aurum,
Pluma fit, & fuluo ceruix præcingitur auro.

Sunt & pici virides, sunt & cinerei, de quibus in Aristotele.

Versipellis.) Sic reddidi illud ποικίλος est autem paronomasia: Picus enim ποικίλος, est, id est variegatus, versicolor, pictus: malus item dæmon ποικίλος, ideſt vafer, astutus, callidus, & vt Glossæ vertunt, dædaleus. in latina voce, varius, eadem datur allusio, Columella: Si arietis palatum atq; lingua nigra aut maculosa sit, pulla vel etiam varia nascitur proles. Plinius: Muræna varia & infirma: Myrus vnicolor & robustus. Poeta: *Quid lynces Bacchi varias?* Deinde, in Cicerone: Adulatoris animus varius, & multiplex. idem Orator Sextilũ laudat quod in causa non fuerit varius. Vlpianus lib. xj. ad edictum agens de dolo malo: Hoc edicto prætor aduersus varios & dolosos qui alijs obfuerunt calliditate quadã, subuenit, ne vel illis malitia sua sit lucrosa, vel istis simplicitas damnosa. l. 1. ff. eodem tit.

Rostroq. petit.) Aristotel. lib. 9. cap. 9. auctor est picum arbores rostro tundere, pulicum, & vermiũ, qui ibi latent, causa, quò exeant: egressos enim lingua excipit, atq; illis victitat. Deinde tantam inesse vim huius auiculæ rostro refert, vt tertio ictu amygdalum aliquando perforarit. quod & in commentario περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων repetit: Auicenna quidem magis tragice rem narrat, si Alberto credimus à quo allegatur, nam vno tantum ictu exsecari ramos à pico scribit: Apud Aelianum lib. 1. cap. 48. & Plinium lib. 10. cap. 18. & lib. 25. cap. 4. & lib. 28. cap. 10. multa de hac aue legimus, inter quæ mirum illud quod citato Trebio scribit, clauum cuneumve adactum quanta libeat vi, arbori in qua picus nidum habeat, statim exilire cum crepitu arboris, cum insederit clauo aut cuneo. Quod autem scribitur de herba illa, qua admota, quidquid impedimenti est in nidi foramine, resilit, Plinius idem nullo probato testimonio fulciri ait. Ego cum hæc scribo, in horto ꝙdiũ Mag. Alphonsi Ciaconis Dominicani viri optimi & doctiss. quas ille in Pincio habet Mediceis hortis cõtiguas, ferè coti die picum video, in proceriſſima pinu nidum excauantem: ita nimi-

rum industriè & affabrè, vt vel admoto circino rotũdius reddi fora men à perfectissimo geometra vix possit. Quod vero ad Ciaconis potissimum domũ auicula cõfugerit, id etiam inter ἀκούσματα θαυμάσια recensendum à physiologis: quippe non aliud est hisce naturæ miraculis augustius in vrbe delubrum, non certius asylum. Nos olim pueri picorum naturam muliebri loquacitati, vt ætas illa ferebat, sic comparauimus:

Antiquam syluis frondoso ac robore quercum
Rostro picus auis paruula dilacerat,
Fœmina sic, iustæ desunt cui corpore vires,
Mortiferum sæuo virus abore iacit.

Aurem ijs admouens.) Plinius: Percussi corticis sono pabulũ subesse intelligunt. libro x. c. xviij.

Nidum suum.) Ezechielus Assyriorum regis interitum narrans, & simile quid euenturum Pharaoni Aegyptio prędicens, comparauit illum frondoso ac procero Libani cedro, in cuius ramis nidos fecerunt omnia volatilia cæli, & sub cuius frondibus genuerunt omnes bestiæ saltuum. cap. 31. vbi Hieronymus, vt & alij sacri expositores, simili qua Epiphanius allegoria dæmones intelligit in reproborum cordibus quiescentes: eadem fere phrasi referunt Euangelistæ, proditoris Iudæ facinus: intrauit (inquiunt) Satanas in Iudam. Luc. 22. Ioan. 13. sed Augustinus in expos. psal. 136. cum Epiphanio sentit, & ideo in Iudæ cor diabolum intrasse docet, quia vacuum & inane cor habebat.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΕΛΑΡΓΟΥ.

Κεφάλαιον ΚΕ'.

Ἔστι δὲ ὁ πελαργὸς ἀγνότατον ὄρνεον. ἔτε γὰρ ὁ ἅρπαξ τὴν θήλειαν θηγήξοις ὄνυξι τὴν ὀχείαν ἐκκαλεῖται. ἡ δὲ βία σωφρονεῖ. τὸ γὰρ ὄρνεον τοῦτο τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα αὖτε, εὐσεβείας θαυμασίας μεταβοσκεῖ.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ὅτι καὶ ἡμᾶς δύο θλίψεις ἐπολαὶς ὑπομένειν δεῖ, τοῦτέστι ἐκκλίνειν ἀπὸ τῆς κακῆς, καὶ τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν, ὥσπερ γέγραφε ὁ βασιλικὸς προφήτης. ὁ κύριος ἔτω λέγων, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου. καὶ οὐ φονεύσεις. μὴ μοιχεύσεις.

De Ciconia. Cap. XXV.

ICONIA auis est castissima: mas enim nec fœminam illecebris ad coitum prouocat, nec ipsi vim infert. Deinde eadem auis mirabili pietate vtrumq; parentem in senectute alit.

INTERPRETATIO.

SIc & nos duo illa diuina præcepta adimplere oportet, hoc est, à malo diuertere, & bonum facere, quemadmodum regius propheta scripsit. Sed & Dominus similiter in Decalogo iubet, sic dicens: Honora patrem tuum & matrem tuam; & rursus, Ne mœchaberis.

NOTAE.

Castissima.) Refert Aelianus lib. 8. cap. 19. in Cranone (ciuitas Thessaliæ est in Pharsalicis Plinio & Stephano, Ephyra ab Homero, hodie auctore Bellonio Ceres appellatur) eximia forma mulierem quandam fuisse, cui nomen erat Alcinoe, quæ cum à coniuge peregrè profecto domi relicta esset, stupri consuetudinem cum seruo habebat, hoc igitur cum ciconia quæ domi alebatur, videret, seruiles iniurias in dominum non tulit, sed in adulterum conuolans oculos illi eruit. Hoc Ælianus riualem inuidiam (interprete Gillio) vocat, sed plausibilius est castitatem appellare.

Illecebris.) Lex Areopagi magis puniendum esse decreuit illum, qui muneribus & persuasionibus alienam vxorem corrupit, quàm eum qui vim intulit: quia ille animum etiam corrupit, hic corpus tantùm: vide Lysiam in oratione de cæde Eratosthenis. Gorgias autem in oratione pro Helena vtrumq; vim vocat, & hoc nomine scelus omne in Alexandrum reijcit, ipsam iniustè reprehendi probans. Non est dissimilis argumenti quod in Demetrio

Demetrio & Timotheo vertitur in dubium, quorũ cum vnus vi tyrannidem exercuerit: alter muneribus & obsequio, quæritur vter eorum haberi debeat immanior. Ius nostrum in adulteros qui vim intulerunt, seuerius animaduertit.

Mira pietate.) Commendantur in ciconia eximiæ virtutes, prudentia, iustitia, temperantia, sed præ omnibus pietas tam in prolem, quam in parentes: cuius rei frequentissima mentio est apud omnes naturalium rerum scriptores. Hinc fit, vt πελαργειν pro mutui beneficij vicem rependere dicamus, ab huius nẽpe auis nomine sumpta traslatione. Apud scholiasten Aristophanis notauit Budæus leges quasdã ἀντιπελαργικὰς, dictas, quibus scilicet cauebatur de alendis in senectute parentibus. Eodem etiam spectat epitheton illud, pietaticultrix, ciconiæ a Petronio Arbitro tributum. Deniq; apud sanctos Patres communis est pietatis ciconiæ mentio & allegoria. Ex Græcis videndus Basilius in hexæmer. homil. 8. & in peculiari libello cuius titulus est, De honore quo afficiendi sunt parentes in senectute, & iuuentute. Ex Latinis Ambrosius eod. opere cap. 5.

Declina à malo.) Psal. 33. vers. 15. quibus verbis perfectio christianæ vitæ continetur. idem est quod Paulus Romanos docuit cap. 12. Dilectio (inquit) sine æmulatione, odientes malum, adhærentes bono. Non enim sufficit malis operibus abstinere, nisi bona feceris. Maximus monachus in capitibus monasticæ exercitationis, locũ psalmi illustrat: citatur autẽ ab Anastasio in quæstione. 5. cui titulus. Si sit senex aut imbecillus & cum pusilli sit animi non possit esse monachus, aut facere quæ sunt monachi, quomodo poterit pœnitentiam agere, & saluus esse. Extat etiam Dorothei archimandritæ in hoc argumento celebris homilia, quæ inscribitur: De timore & pœnis inferni, & quod eum qui saluari cupit, non deceat sine cura suæ salutis viuere.

LAVS HOMINI DEO, ET VIRGINI MATRI.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΚΥΠΡΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΒΑΙΑ
ΛΟΓΟΣ.

BEATI EPIPHANII
EPISCOPI CYPRI
IN DIE FESTO
PALMARVM
SERMO.

Cum ſcholijs.

LECTORI.

ON abs re litteraria fore duxi, (candide lector) si Epiphanij Physiologo eiusdem sancti nondum vulgatus (quod sciam) in Palmarũ festiuitatem hymnus, sub eodem SIXTI V. Pontificis Maximi nomine, iret comes: hymnum quidem merito appello, quem totum pijs inuocationibus, encomijs, votis, iubilis plenum legis. Hunc instructissimæ Antonij Caraphæ Cardinalis optimi & amplissimi bibliothecæ debes: ex cuius videlicet antiquo quodam Græco codice Gerardus Vossius Belga vir doctus & pius eum exscripsit, & nobis pro veteri mutuæ amicitiæ nostræ iure communicauit. Itaque Latinum ex Græco duabus aut tribus adiunctis notulis exhibemus. Et vere exhibemus, in eam spem adducti, vt tantis duobus patronis commendatus Epiphanius, Sirleto nempe & Carapha, beneuola luce perfruatur. Carapha, quem certe studiosi protectorem, boni parentem, doctrina refugium, virtus asylum agnoscunt. Datur hoc diuino numine sacrosanctis hisce studijs, vt numquam sine Mecœnatibus iaceant: itaque vno

Auulso, non deficit alter
Aureus.

Vale.

SANCTISSIMO D. N. SIXTO V. PONT. OPT. MAX.

HASCE etiam melioris temporis exuuias Pater Beatissime, nomini tuo sacras esse decet: nam si auctorem, ideſt sanctissimum Episcopum, si argumentum, ideſt populi institutionem consideres, vni tibi Episcoporum Episcopo, Catholicæ Ecclesiæ magistro merito debentur. Jam si & industriæ nostræ rationem habeas, id certè omne antiquo ciuitatis huius tuæ iure, quod dominis in seruorum bonis datur, vindicabis. Vale Felix.

S. T.

Humilis seruus

D. Consalus Ponce de Leon.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΚΥΠΡΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΒΑΙΑ.

Κύριε εὐλόγησον.

ΧΑΙΡΕ σφόδρα θυγάτηρ Σιών, τέρπε καὶ ἀγάλλου πᾶσα ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, ἰδοὺ γὰρ πάλιν ὁ βασιλεύς σοῦ σὲ παραινεῖ, ἰδοὺ ὁ σὸς νυμφίος ἐπὶ πῶλου καθήμενος ἔρχεται. ἐξέλθωμεν εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, ἀπαντήσωμεν ἐν δόξῃ τοῦ δέξασθαι αὐτόν, προφθάσωμεν φαιδρῶς εἰς τιμὴν τῆς εἰσόδου αὐτοῦ. πάλιν ὁ βασιλεὺς Σιών, τῶν ἐθνῶν ἡ πρόσδοκία ἐπὶ τὴν Σιὼν ἔρχεται, πάλιν τῷ κόσμῳ σωτηρίαν χαρίζεται, πάλιν τὸ φῶς ἐφίσα, πάλιν ἡ πλανὴ πέπαυται, πάλιν αἰθὴρ ἡ ἀλήθεια, πάλιν ἡ ἐκκλησία χορεύει, πάλιν ἡ σωσαγωγὴ χαίρει, πάλιν ἀμύνονται δαίμονες, πάλιν καταίσχύνεται, πάλιν ἐβεβαίοις ταράττονται, πάλιν ὁ δράκων σωζίβεται, πάλιν τὰ ἔθνη ὑφαίνονται, πάλιν Σιὼν καλλωπίζεται. χριστὸς ἐπὶ πῶλου, ὡς ἐπὶ θρόνου καθήμενος ἔρχεται, οἱ οὐρανοὶ ἀγάλλεσθε, ἄγγελοι ὑμνήσατε, τὰ ὄρη ὑφαίνεσθε, οἱ βουνοὶ σκιρτήσατε, πόντοι καθήσατε, οἱ ἐν Σιὼν χορεύσατε, αἱ ἐκκλησίαι χαίρετε, ἱερεῖς ὑμνήσατε, προφῆται προφθάσατε, μαθηταὶ κηρύξατε, λαοὶ ἀπαντήσατε, πρεσβύται σωδράμετε, αἱ μητέρες χορεύσατε, εἱ θηλάζοντες ἅσατε, νεανίσκοι βοήσατε, τὰ ἔθνη σωάζεσθε. πᾶσα κτίσις, πᾶσα φύσις, πᾶσα τάξις, πᾶσα γενεὰ, πᾶσα ἡ γῆ, πᾶσα ἀξία, πᾶσα ἡλικία, πᾶσα ἐθναρχία, πᾶσα βασιλεία, βασιλικῶς τῷ βασιλεῖ τῷ βασιλέων ἀπαντήσωμεν, τῷ θεῷ τῷ θεῶν θεϊκῶς αἰαμέλψωμεν, τῷ νυμφίῳ τῆς ἀφθαρσίας θεονύμφως χορεύσωμεν, τὰς λαμπάδας φαιδρὰ φαιδρῶς ἐφαψώμεθα, τοὺς χιτῶνας τῶν ψυχῶν θεοπρεπῶς ἐξαλλάξωμεν, τὰς τοῦ βίου ὁδοὺς καλῶς ἑτοιμάσωμεν, τὰς εἰσόδους τῶν ψυ-

χῶν

BEATI EPIPHANII
EPISCOPI CYPRI
in die festo Palmarum.

Benedic Domine.

